157

1 x 10

From the collection of Baron Seillière.

Missale Romanum
Ms. on Vellum
XV Century

263 leaves. 300 large
initials in gold &
colours. 23 miniatures.
5 pages with borders.
"Bibliothèque de Mello"
Armorial binding
by Belz-Niedrée.

In die natalis dn̄i. Ad miſſā. Intr.



uer natus
est nobis et
filius datus
est nobis:
cuius impe
rium ſuper
humerum eius. et vocabitur no
men eius magni conſilij ange
lus. ps. Cantate domino canti
cum nouum: quia mirabilia fe
cit. Intr. Puer. ps. Notum fe
cit dominus ſalutare ſuum: ante
conſpectum gentium. reuelauit
iuſticiam ſuam. ℣. Gloria patri

et filio et ſpiritui ſancto. Sicut
erat in principio et nunc et ſẽper:
et in ſecula ſeculorum amẽ. Intr.
Puer nat9 ē. Pax vobis. Col
Concede queſu lecta.
mus omnipotens deus,
ut nos vnigeniti tui
noua per carnem natiuitas libe
ret: quos ſub peccati iugo vetuſta
ſeruitus tenet. Per eũdem dñm
noſtrum ieſum chriſtum filium
tuum. qui tecum viuit et regnat
in vnitate ſpiritus ſancti deus.
Per omnia ſecula ſeculorum.
Lectio yſaie prophete. iij.

Hec dicit dominus. Pro
pter hoc sciet populus
meus nomen meum ī
die illa: quia ego ipse qui loque
bar ecce assum. Quam pulchra
supra montes pedes annunciātis
et predicantis pacem: annunciā
tis bonum, predicantis salutem,
dicentis. Syon: regnabit deus
tuus. Vox speculatorum tuoꝝ.
Leuauerunt vocem, simul lauda
bunt: quia oculo ad oculum vi
debunt. cum conuerterit dominꝰ
syon. Gaudete et laudate simul
deserta hierusalem: quia consola

tus eſt dominus populum ſuũ.
redemit hieruſalem. Parauit
dominus brachium ſanctum
ſuum in oculis omnium gen
tium: et videbunt omnes fines
terre: ſalutare dei noſtri.

Lectio epiſtole beati pauli apoſto
li. Ad hebreos. j.

FRatres: Multiphariã
multiſqꝫ modis. olim
deus loquens patribus in prophe
tis: nouiſſime diebus iſtis. lo
cutus eſt nobis in filio. quem
conſtituit heredem vniuerſorum.
per quem fecit et ſecula. Qui cũ

ſit ſplendor glorie. et figura ſub
ſtantie eius. portanſqz omnia ver
bo virtutis ſue. purgationem pec
catorum faciens: ſedet ad dexterã
maieſtatis in excelſis: tanto me
lior angelis effectus. quãto diffe
rentius pre illis nomen heredita
uit. Cui enim dixit aliquando
angelorum filius meus es tu:
ego hodie genui te. Et rurſum.
Ego ero illi in patre: et ipſe erit
mihi in filio: Et cum iterum in
troducit primogenitum in orbem
terre. dicit. Et adorent eum: om
nes angeli dei. Et ad angelos qui

dem dicit. Qui facit angelos ſu
os ſpiritus: et miniſtros ſuos flã
mam ignis. Ad filium autem.
Thronus tuus deus in ſeculum
ſeculi: virga equitatis virga re
gni tui. Dilexiſti iuſticiam. et odi
ſti iniquitatem: propterea vnxit
te deus deus tuus oleo exultatio
nis. pre participibus tuis. Et tu
in principio domine terram fun
daſti: et opera manuum tuarum
ſũt celi. Ipſi peribunt. tu autem
permanebis: et omnes ut veſtimẽ
tum veteraſcent. Et velut amictũ
mutabis eos: et mutabuntur.

Tu autem idem ipſe es: et anni
tui non deficient. Gr.
Viderunt omnes fines terre
ſalutare dei noſtri. iubilate
deo omnis terra. V. Notum fe
cit dominus ſalutare ſuum ante
conſpectum gentium reuelauit iu
ſticiam ſuam. R. Alleluya.
V. Dies ſanctificatus illuxit
nobis venite gentes et adorate do
minum quia hodie deſcendit lux
magna ſuper terram. Proſa.
Letabundus exultet fide
lis chorus. alleluya.
Regem regũ intacte

profūdit thorus, res miranda.
Angelus conſilij: natus eſt
de virgine, ſol de ſtella. Sol
occaſum neſciens: ſtella ſemper ru
tilans, ſemper clara. Sicut ſy
dus radium: profert virgo filiū,
pari forma. Neqȝ ſydus radio
neqȝ mater filio, fit corrupta.
Cedrus alta libani: confor
matur yſopo, valle noſtra.
Verbum ens altiſſimi: cor
porali paſſum eſt, carne ſūpta.
Iſaias cecinit: ſynagoga
meminit: nunquam tamen de
ſinit, eſſe ceca. Si non ſuis va

tibus: credat vel gentilibus: ſibi
linis verſibus, hec predicta. In
felix propera: crede vel vetera: cur
damnaberis, gens miſera. Na
tum conſidera: quem docet littera.
ipſum genuit, puerpera. Amen.

Inicium ſancti evangelij Secū
dum Joannem. j.

In principio erat verbū.
Et verbum erat apud
deum: et deus erat verbum. Hoc
erat in principio apud deum. Om
nia per ipſum facta ſunt: et ſine
ipſo factum eſt nihil. Quod fa
ctum eſt: in ipſo vita erat. Et vita

erat lux hominum. Et lux in tene
bris lucet: et tenebre eam non com
prehenderunt. Fuit homo missus
a deo: cui nomen erat Ioannes.
Hic venit in testimonium: ut testi
monium perhiberet de lumine. ut
omnes crederent per illum. Non
erat ille lux: sed ut testimonium
perhiberet de lumine. Erat lux ve
ra: que illuminat omnem homi
nem venientem, in mundum. In
mundo erat. et mundus per ipsum
factus est: et mundus eum non
cognouit. In propria venit: et
sui eum non receperunt. Quotquot

autem receperunt eum: dedit eis
potestatem filios dei fieri. hijs qui
credunt in nomine eius. qui non
ex sanguinibus. neqꝫ ex voluntate
carnis. neqꝫ ex voluntate viri: sed
ex deo nati sunt. Et verbum caro
factum est: et habitauit in nobis.
Et vidimus gloriam eius: gloriã
quasi vnigeniti a patre. Plenũ
gratie: et veritatis.
Credo in vnum deum. Offr.
Tui sunt celi et tua est terra or
bem terrarum et plenitudinem ei⁹
tu fundasti: iusticia et iudicium
preparatio sedis tue. Secreta.

Oblata domine mune-
ra noua vnigeniti tui
natiuitate ſanctifica:
noſqꝫ per hec a peccatorum noſtro-
rum maculis emunda. Per eũ-
dem dominum noſtrum ieſũ chri-
ſtum filium tuum: qui tecum vi-
uit et regnat in vnitate ſpiritus
ſancti deus. Per omnia ſecula
ſeculorum. Amen. Prefatio.
Quia per incarnati verbi myſt.
Infra actionem.
Communicantes et diẽ
ſacratiſſimum celebrã-
tes. quo beate marie intemerata

virginitas huic mundo edidit sal
uatorem. Sed et memoriam
venerantes in primis eiusdem glo
riose semper virginis marie genitri
cis eiusdem dei et domini nostri Je
su christi. Communio.

Viderunt omnes fines terre
salutare dei nostri.

Benedictio.

Benedicat vobis omnipo
tens deus. vestramque ad
superna excitet intentionem. qui
hanc sacratissimam diem natiui
tate filij sui fecit esse solēnē. Amen.
Et qui eum qui paruus est age

locum in presepi ecclesie cibum
fidelium esse fecit animalium.
ipse vos et in presenti seculo degu
stare faciat eternorum dulcedinē
gaudiorum: et in futuro perdu
cat ad societatem eternorum pre
miorum. Amen.
Cuius eius infantiam vilibus
indui voluit pannis. ipse vos cele
stium vestimentorum induat. or
namentis. Amen.
Quod ipse prestare dignetur.
cuius regnum et imperium sine
fine permanet in secula seculorū.
Amen.

Benedictio dei omnipotentis pa ✠ tris et fi ✠ lij et ſpiritus ✠ ſancti ſuper vos deſcendat. Amen. Poſt co[m]io.

Preſta queſumus omnipotens deus: ut natus hodie ſaluator mundi. ſicut diuine nobis generationis eſt auctor: ita et immortalitatis ſit ipſe largitor. Qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

De ſancto ſtephano. Introitus.



tenim ſede
runt princi
pes et aduer
ſum me lo
quebantur
et iniqui per
ſecuti ſunt me adiuua me domi
ne deus meus quia ſeruus tuus
exercebatur in tuis iuſtificatio
nibus. ps. eati immacu
lati in via: qui ambulant in
lege domini. Intr. tenim.
loria patri et filio et ſpiritui
ſancto: icut erat in princi
pio et nunc et ſemper: et in ſecula

ſeculorum amen. Intr. Etenim.
Kyrie eleiſon. iij. Chriſte
eleiſon. iij. Kyrie eleiſon. iij.
Gloria in excelſis deo.
Pax vobis. Coll'.

Da nobis queſumus domine imitari quod colimus. ut diſcamus et inimicos diligere. quia eius natalicia celebramus. qui novit etiam pro perſecutoribus exorare. dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum. qui tecum vivit et regnat in unitate ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum.

Lectio actuū apoſtolorꝝ.

IN diebus illis. Ste
phanus plenus gratia
et fortitudine. faciebat prodigia et
ſigna magna in populo. Sur
rexerunt autem quidam de ſynago
ga. que appellabatur libertinorū,
et cyrenẽtium, et alexandrinorum:
et eorum qui erant a cilicia, et aſia,
diſputantes cum ſtephano: et non
poterant reſiſtere ſapientie. et ſpiri
tui qui loquebatur. Audientes
autem hec: diſſecabantur cordibus
ſuis. et ſtridebant dentibus in eū.
Cum autem eſſet ſtephanus ple

nus ſpiritu ſancto: intendens in
celum. vidit gloriam dei. et ieſū
ſtantem a dextris dei et ait. Ecce
video celos apertos: et filium ho
minis ſtantem a dextris virtutis
dei. Exclamātes autem voce ma
gna. continuerunt aures ſuas:
et impetum fecerunt vnanimiter
Et eicientes eum extra ciuitatem:
lapidabant. Et teſtes depoſuerūt
veſtimenta ſua ſecus pedes adole
ſcentis: qui vocabatur ſaulus.
Et lapidabant ſtephanum: inuo
cantem et dicentem. Domine ieſu:
accipe ſpiritum meum. Poſitis

autem genibus: clamauit voce
magna dicens. Domine: ne
ſtatuas illis hoc peccatum. Et cū
hoc dixiſſet: obdormiuit ī dñō.
Gr. Sederunt principes et ad
uerſum me loquebantur et ini
qui perſecuti ſunt me. V. Ad
iuua me domine deus meus ſal
uum me fac propter miſericordiā
tuam. R. Alleluya. V. V
ideo celos apertos et ieſum
ſtantem a dextris virtutis dei.
MAgnus deus Proſa.
in vniuerſa terra.
Magna ſunt eius

ubiqꝫ omnia in celo atqꝫ in terra
opera. Qui est rex regum do
minus omnium a patre genitus
ante secula. Cuius charitas ve
ra celo sublevat, stephanum de ter
ra. Atqꝫ perennis vita ornat
candida digniter corona. Ple
nus etenim stephanus deitate atqꝫ
gratia. Magna dabat prodigia
docens verissima dogmata. Cū
autem predicaret iam presentia.
Nostre redemptionis nova gau
dia. Intento in superna celi pa
tet ianua. Dixitqꝫ circumstāti
plebi voce publica sacra plenus

gratia. Ecce dei video admira
bilem gloriam claritate fulgida.
Atqȝ ieſum ſtantem in virtu
tis dei dextera. Cum hoc audiſ
ſet impia gens iudaica dans fre
mitum concita quaſſat lapidibus
ſtephani membra. Sed ſtat for
titer patiens martyr et orat ne his
chriſte noxam ſtatuas ſed iam ac
cipe animam meam. Et cum
hoc dixiſſet in domino obdormivit
pace eterna. Tu et nobis mar
tyr o ſtephane ſempiterna impe
tra gaudia. Amen.

Sequentia ſancti euangelij Se

cundum Mattheum.

IN illo tempore: Dicebat
dominus Jeſus turbis
iudeorum: et principibus ſacerdo
tum. Ecce ego mitto ad vos pro
phetas et ſapientes et ſcribas: et ex
illis occidetis. et crucifigetis. et ex
eis flagellabitis in ſynagogis ve
ſtris. et perſequemini de ciuitate in
ciuitatem. ut veniat ſuper vos om
nis ſanguis iuſtus. qui effuſus eſt
ſuper terram. a ſanguine abel iuſti.
uſqꝫ ad ſanguinem zacharie filij
barachie. quem occidiſtis inter tem
plum et altare. Amen dico vobis:

venient hec omnia ſuper generatio
nem iſtam. Hieruſalem hieruſalē,
que occidis prophetas: et lapidas
eos qui ad te miſſi ſunt. Quotiens
volui congregare filios tuos, quēad
modum gallina congregat pullos
ſuos ſub alas: et noluiſti. Ecce: re
linquetur vobis domus veſtra deſer
ta. Dico enim vobis: non me vide
bitis amodo, donec dicatis. Bene
dictus qui venit: in nomine dñi.
Sequitur. Credo in vnū deum.
Elegerunt apoſtoli Offr.
ſtephanum leuitam plenum
fide et ſpiritu ſancto quem lapidaue

nunt iudei orantem et dicentem do
mine Jeſu accipe ſpiritum meum.

Suſcipe dñe Secreta.
munera pro comme
moratione beati marty
ris tui ſtephani : ut ſicut illum
paſſio fecit glorioſum : ſic nos
deuotio reddat innocuos. Per
dominum noſtrum Jeſum chri
ſtum filium tuum. qui tecum
viuit et regnat in unitate ſpiritus
ſancti deus. Per omnia ſecu.

Video celos apertos Cōio
et Jeſum ſtantem a dextris
virtutis dei domine Jeſu accipe

ſpiritum meum et ne ſtatuas il
lis hoc peccatum quia neſciunt
quid faciunt. Benedictio.

Deus qui beatum ſtepha
num prothomartyrē
coronauit. et confeſſi
one fidei et agone martyrij. mē
tes veſtras circumdet: et in preſē
ti ſeculo corona iuſticie. et in
futuro perducat vos ad coronā
glorie. Amen.

Illius obtentu tribuat vo
bis dei et proximi charitate ſem
per exuberare: qui hanc ſtuduit
etiam inter lapidantium in

pectus optineat. Amen.

Uno eius exemplo roborati
et interceſſione muniti ab eo
quem ille a dextris dei vidit ſtan
tem. mereamini benedici. A
men.

Quod ipſe preſtare digne
tur. cuius regnum et impe
riū ſine fine permanet in ſecula
ſeculorum. Amen.

Benedictio dei omnipoten
tis pa ✠ tris et fi ✠ lii
et ſpi ✠ ritus ſancti ſuper vos
deſcendat. Amen.

Poſt cōmunio.

Auxilientur nobis do
mine ſumpta myſteria:
et intercedente beato ſte
phano martyre tuo. ſempiterna
protectione confirment. Per do
minum noſtrum Jeſum chriſtum
filium tuum. qui tecum viuit et
regnat in vnitate ſpiritus ſancti
deus. Per omnia ſecula ſeculo
rum. Amen.
Dominus vobiſcum. Et
cum ſpiritu tuo.
Ite miſſa eſt. Deo gratias.

In die epyphanie. Ad miſſam. Intr.



Ecce aduenit dominator dominus et regnum in manu eius et poteſtas et imperium. ps. Deus iudiciū tuum regi da: et iuſticiam tuam filio regis. Intr. Ecce aduenit. ps. Reges tharſis et inſule munera offerent: reges arabum et ſaba dona adducent. Gloria patri et filio et ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio et nunc et ſemper: et in ſecula ſeculorum amen.

Intr. [E]cce aduenit. [K]yrie eleison. iij. [C]hriste eleison. iij. [K]yrie eleison. iij.

[G]loria in excelsis deo.

[P]ax vobis. Collecta.

[D]Eus qui hodierna die vnigenitum tuum gentibus stella duce reuelasti: concede propicius, ut qui iam te ex fide cognouimus: usqz ad contemplandam speciem tue celsitudinis perducamur. Per eundem dominum nostrum iesum christum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus

ſancti deus. Per omnia ſecula
ſeculorum.

Lectio Iſaie prophete.

Surge illuminare hie
ruſalem. quia venit lu
men tuum: et gloria domini ſu
per te orta eſt. Quia ecce tenebre
operient terram. et caligo populos:
ſuper te autem orietur dominus.
et gloria eius in te videbitur. Et
ambulabunt gentes in lumine
tuo. et reges in ſplendore ortus tui.
Leva in circuitu oculos tuos et
vide: omnes iſti congregati ſunt
venerunt tibi. Filij tui de longe ve

nient: et filie tue de latere ſurgent.
Tunc videbis et afflues, et mirabi
tur, et dilatabitur cor tuum: quādo
conuerſa fuerit ad te multitudo ma
ris: fortitudo gentium venerit tibi.
Inundatio camelorum operiet te:
dromedarij madian et epha. Omnes
de ſabba venient: aurum et thus de
ferentes: et laudem domino annun
ciantes. Lectio epiſtole beati pau
li apoſtoli: Ad tytum.
Chariſſimi. Apparuit be
nignitas, et humanitas
ſaluatoris noſtri dei: non ex operi
bus iuſticie. que fecimus nos. ſed ſe

cundum ſuam miſericordiam ſal
uos nos fecit. Per lauachrum re
generationis et renouationis ſpiri
tus ſancti. quem effudit in nobis
habunde: per ieſum chriſtum ſal
uatorem noſtrum. Vt iuſtificati
gratia ipſius: heredes ſimus ſecun
dum ſpem vite eterne. In chriſto ie
ſu: domino noſtro. Grad.

Omnes de ſabba venient aurum
et thus deferentes et laudem
domino annunciantes. V. Sur
ge et illuminare hieruſalem quia
gloria domini ſuper te orta eſt.
R. Alleluya. V. Vidimus

stellā eī' ī oriēte et venimus cū mu
neribus adorare dn̄m. Prosa.

Epyphaniam domino
canamus gloriosam.
Qua prolem dei ve
re magi adorant. Immēsam
chaldei cuius persarꝫ venerantur
potentiam. Quem cuncti pro
phete cecinere venturum gentes ad
salvandas. Balaam de quo
vaticinans exibit de iacob rutilās
inquit stella. Et confringet du
cum agmina regionis moab ma
xima potentia. Huic magi mu
nera offerunt preclara aurum si

rum thus, et mirram. Thure
deum predicant auro regem magnū
hominem mortalem mirra. In
somnis hos monet angelus ne rede
ant ad regem commotum propter
regna. Pavebat etenim nimiū
regem natum verens amittere regni
iura. Magi stella sibi micante
previa, pergunt alacres itinera per
viam que eos ducebat ad patriam
linquentes herodis mandata.
Qui percussus corde nimia pre
ira, extemplo mandat infantulos
per cuncta inquiri bethleem cōfinia
et mox privari eos vita. Omnis

nunc caterua tumultum iungat
laudibus organi pneuma.
Myſtice offerens regi regum
chriſto munera precioſa. Qo
ſecus ut per orbem regna omnia
protegat in ſecula ſempiterna.
Amen. Sequentia ſancti euã
gelij. Secundũ Matheum.

Cum natus eſſet ieſus
in bethleem iude in die
bus herodis regis: ecce
magi ab oriente venerunt hiero
ſolymã dicentes. Ubi eſt qui
natus eſt rex iudeorum? Uidi
mus enim ſtellam eius in orien

te: et venimus adorare eum. Au
diens autem herodes rex turbatus
eſt: et omnis hieroſolyma cum
illo. Et congregans omnes prī
cipes ſacerdotum et ſcribas populi:
ſciſcitabatur ab eis ubi chriſtus
naſceretur. At illi dixerunt. In
bethleem iude. Sic enim ſcriptū
eſt per prophetam. Et tu bethleē
terra iuda: nequaquam minima
es in principibus iuda. Ex te enī
exiet dux: qui regat populū meū
iſrael. Tunc herodes clam voca
tis magis: diligenter didicit ab
eis tempus ſtelle que apparuit eis.

Et mittens eos in bethleem: dixit.
Ite: et interrogate diligenter de
puero. Et cum inueneritis renū
ciate michi: ut et ego ueniens ado
rem eum. Qui cum audiſſent
regem: abierunt. Et ecce ſtella
quam uiderant in oriente antece
debat eos: uſqꝫ dum ueniens ſta
ret ſupra ubi erat puer. Videntes
autem ſtellam: gauiſi ſunt gau
dio magno ualde. Et intrantes
domum: inuenerunt puerum.
cum maria matre eius. Et proci
dentes: adorauerunt eum. Et aper
tis theſauris ſuis: obtulerunt ei

munera. aurum. thus. et myrram.
Et reſponſo accepto in ſomnis ne
redirent ad herodem: per aliam viã:
reuerſi ſunt in regionem ſuam.
Sequitur. Credo in vnũ deũ.
Reges tharſis et Offertor.
inſule munera offerent: reges
arabum et ſaba dona adducent et
adorabunt eum omnes reges ter
re omnes gentes ſeruient ei.

Secreta.

Ecleſie tue queſumus do
mine dona propicius
intuere: quibus non iam aurum.
thus. et myrra profertur: ſed quod

eiſdem muneribus declaratur.
immolatur et ſumitur. Per
dominum noſtrum ieſum chri
ſtum filium tuum. qui tecum vi
uit et regnat in vnitate ſpiritus
ſancti deus. Prefatio.
Quia cum vnigenitus.
Infra actionem.
Communicantes et diē
ſacratiſſimum celebrā
tes. quo vnigenitus tuus in tua
tecum gloria coeternus. in verita
te carnis noſtre viſibiliter corpo
ralis apparuit. Sed et memo
riam venerantes. Benedictio.

DEus lumen verum qui
vnigenitum ſuum ho
dierna die ſtella duce
gentibus voluit reuelare: ſua vos
dignetur benedictione ditare.
Amen.

Quo exemplo magorum myſti
ca domino Jeſu chriſto munera offe
rentes. ſpreto antiquo hoſte. ſpretiſque
contagijs viciorum: ad eternam
patriam redire valeatis. per viam
virtutum. Amen.

Detque vobis veram mentium
innocentiam. qui ſuper vnigeni
tum ſuum ſpiritum ſanctum de

monſtrari voluit per columbam.
eaqꝫ virtute mentes veſtre exercean
tur ad intelligenda divine legis ar
chana: quia in chana galilee līpha
eſt in vinum converſa. Amen.
Quod ipſe preſtare digne
tur. cuius regnum et īperi
ū ſine fine permanet in ſecula ſecu
lorum. Amen.
Benedictio dei omnipotentis
patris ✠ et filij. ✠ et
ſpiritus ✠ ſancti ſuper vos deſcē
dat. Amen. Communio.
Vidimus ſtellam eius in ori
ēte et venimus cū muneribus ado

rare dominum. Poſt cōmunio.
Preſta queſumus omni
potens deus: ut que ſo
lenni celebramus offi
cio, purificate mentis intelligētia
conſequamur. Per dominum
noſtrum Jeſum chriſtum filium
tuum: qui tecum vivit et regnat
in unitate ſpiritus ſancti deus. Per
omnia ſecula ſeculorū. Amen.

Feria quinta in cena domini. Ad
miſſam. Introitus.



Os autem glo riari oportet in cruce domi ni noſtri ieſu chriſti in quo eſt ſalus vi ta et reſurrectio noſtra per quem ſal uati et liberati ſumus. ℣. Deus miſereatur noſtri et benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos et miſereatur noſtri. Introitus. Nos autē. Kyrie eleiſon. iij. Chriſte eleiſon. iij. Kyrie eleiſon. iij. Non cantatur: Gloria in excelſis deo. Pax vobis. Collecta.

Deus a quo et iudas rea-
tus ſui penam. et confeſ-
ſionis ſue latro premiũ
ſumpſit: concede nobis tue propi-
ciationis effectum. ut ſicut in paſ-
ſione ſua ieſus chriſtus dominus
noſter diuerſa utriſqꝫ intulit ſtipē-
dia meritorum. ita nobis ablato
uetuſtatis errore, reſurrectionis ſue
gratiam largiatur. Qui tecum
uiuit et regnat in unitate ſpiritus
ſancti deus. Per omnia ſecula ſe-
culorum. Amen.

Lectio epiſtole beati pauli apoſtoli:
Ad corinthios.

Fratres. Convenienti
bus vobis in unum:
iam non est dominicā
cenam manducare. Unusquis
qꝫ enim: suam cenam presumit
ad manducandum. Et alius qui
dem esurit: alius autem ebrius
est. Numquid domos non habe
tis ad manducandum et biben
dum: aut ecclesiam dei contemni
tis. et confunditis eos qui non
habent? Quid dicam vobis?
Laudo vos: in hoc non laudo.
Ego enim accepi a domino quod
et tradidi vobis: quoniam dn̄s

iesus in qua nocte tradebatur.
accepit panem, et gratias agens
fregit et dixit. Accipite et man
ducate: hoc est corpus meū. quod
pro vobis tradetur. Hoc facite: in
meam commemorationem. Si
militer et calicem: postquam ce
nauit dicens. Hic calix: nouū
testamentum est in meo sangui
ne. Hoc facite in meam comme
morationem: quotienscunqꝫ bi
betis. Quotienscunqꝫ enim mā
ducabitis panem hunc et calicem
bibetis: mortem domini annun
ciabitis donec veniat. Itaqꝫ qui

) cunqꝫ (

cumque manducauerit panem hunc
et biberit calicem domini indigne:
reus erit corporis et sanguinis do
mini. Probet autem seipsum ho
mo: et sic de pane illo edat et de ca
lice bibat. Qui enim manducat
et bibit indigne: iudicium sibi
manducat et bibit. non diiudicans
corpus domini. Ideo inter vos
multi infirmi et imbecilles: et dor
miunt multi. Quod si nosmet
ipsos diiudicaremus: non utique
iudicaremur. Dum iudicamur
autem: a domino corripimur. ut
non cum hoc mundo damnemur.

Christus factus est Gr. pro nobis obediens usqꝫ ad mortem mortem autem cru cis. ꝟ. Propter quod et deus exaltauit illum et dedit illi nomē quod est super omne nomen.

Sequētia sancti euangelij: secūdū Johannem.

In illo tempore: Ante diem festum pasche. sci ens dominus Jesus quia uenit eius hora. ut transeat ex hoc mundo ad patrem: cum dilexisset suos qui erant in mundo. in finem dilexit eos. Et cena facta. cum diabolus

iam misisset in cor ut traderet eū
iudas symonis scariothis: sciēs
quia omnia dedit ei pater in ma
nus. et quia a deo exiuit. et ad deū
vadit surgit a cena. et ponit vesti
menta sua. Et cum accepisset lin
theum precinxit se. Deinde mittit
aquam in pelvim. et cepit lauare
pedes discipulorum. et extergere
lintheo quo erat precinctus. Ve
nit ergo ad symonem petrum:
et dicit ei petrus. Dn̄e tu mihi la
uas pedes? Respondit Jesus: et
dicit ei. Quod ego facio tu nescis
modo: scies autem postea. Dicit

ei petrus. Non lauabis mihi pe
des in eternum. Respondit ei
Jesus. Si non lauero te: non ha
bebis partem mecum. Dicit ei
symon petrus. Domine: nō tan
tum pedes meos: sed et manus
et caput. Dicit ei Jesus. Qui
lotus est. non indiget nisi ut pe
des lauet. sed est mundus totus.
Et vos mundi estis: sed non om
nes. Sciebat enim quisnam eſ
set. qui traderet eum. propterea di
xit. non estis mundi omnes.
Postquam ergo lauit pedes eo
rum et accepit vestimenta sua:

cum recubuisset iterum dixit eis.
Scitis quid fecerim vobis: Vos
vocatis me magister et domine:
et benedicitis. Sum etenim.
Si ergo ego laui pedes vestros.
dominus et magister: et vos de
betis alter alterius lauare pedes.
Exemplum enim dedi vobis: ut
quemadmodum ego feci vobis:
ita et vos faciatis. Non cantatur
Credo in vnum deum. Offr.
Dextera domini fecit virtutem
dextera domini exaltauit
me. non moriar sed viuam et nar
rabo opera domini. Secreta.

Ipſe tibi queſumus domine ſancte pater omnipotens eterne deus. ſacrificium noſtrum reddat acceptum: qui diſcipulis ſuis in ſui commemorationem hoc fieri hodierna traditione monſtrauit. Jeſus chriſtus filius tuus dominus noſter. Qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus.

Prefatio. Qui ſalutem.

Infra actionem.

Communicantes. et diem ſacratiſſimum celebrantes. quo dominus noſter

Jeſus chriſtus pro nobis eſt tradi
tus. Sed et memoriã. Item.
Hanc igitur oblationem
ſeruitutis noſtre. ſed et
cuncte familie tue quã
tibi offerimus. ob diem in qua
dominus noſter Jeſus chriſtus
tradidit diſcipulis ſuis corporis
et ſanguinis ſui myſteria celebrã
da queſumus domine. ut placa
tus accipias. Infra actionem.
Qui pridie quam pro
noſtra omniumqꝫ ſa
lute pateretur. hoc eſt ho
die: accepit panem in ſanctas ac

venerabiles manus ſuas.

Benedictio.

Benedicat vos deus qui
per vnigeniti filij ſui
paſſionem vetus paſcha in nouū
voluit conuerti. concedatq; vobis
ut expurgato veteris fermenti con
tagio: noua in vobis perſeueret
conſperſio. Amen.

Et qui ad celebrandam redem
ptoris noſtri cenam mente deuo
ta conueniſtis. eternarum dapiū
vobiſcum epulas reportetis.

Amen.

Ipſius quoq; opitulante cle

mentia

mentia mundemur a ſordibus
peccatorum qui ad inſinuandū
humilitatis exēplū pedes voluit
lauare diſcipulorum. Amē.
Quod ipſe preſtare digne-
tur. cuius regnum et impe-
riū ſine fine permanet in ſecula
ſeculorum. Amen.
Benedictio dei omnipoten-
tis patris + et filij.
+ et ſpiritus + ſancti ſu-
per vos deſcendat. Amen. Orō.
Dominus Ieſus poſtquā
cenauit cum diſcipulis
ſuis lauit pedes eorum et ait illis

ſcitis quid fecerim vobis ego do
minus et magiſter. exemplum
dedi vobis ut et vos ita faciatis.
Efecti vi Post coio.
R talibus alimentis.
queſumus domine de
us noſter: ut quod tempore no
ſtre mortalitatis exequimur. im
mortalitatis tue munere conſe
quamur. Per dominum no
ſtrum Jeſum chriſtum filium
tuum: qui tecum vivit et regnat
in unitate ſpiritus ſancti deus.
Per omnia ſecula ſeculorū.

In die veneris sancta. Lectio prima.

IN tribulatione ſua:
mane conſurgent ad
me. Venite et rever
tamur ad dominum. quia ipſe
cepit et ſanabit nos: percutiet et
curabit nos. Vivificabit nos
poſt duos dies: et in die tercia ſu
ſcitabit nos. Et vivemus in cō
ſpectu eius: ſciemus ſequemurqꝫ.
ut cognoſcamus dominum.
Quaſi diluculum preparatus eſt
egreſſus eius: et veniet nobis
quaſi ymber temporaneus et ſero
tinus terre. Quid faciam tibi ef

fraym

fraym. quid faciam tibi iuda?
Miſericordia ueſtra quaſi nubes
matutina: et quaſi ros mane per
tranſiens. Propter hoc dolaui in
prophetis: occidi eos in uerbis oris
mei. Et iudicia mea quaſi lux
egredientur. quia miſericordiam
uolui et non ſacrificium: et ſcien
tiam dei pluſquam holocauſtum.
Domine audiui Tractus.
auditum tuum et timui. cō
ſideraui opera tua et expaui. In
medio duum animalium innote
ſceris dum appropinquauerint an
ni cognoſceris dum aduenerit tem

pus oſtenderis. Conſideraui.

In eo dum conturbata fuerit anima mea in ira miſericordie memor eris. Domine audiui.

Deus a lybano veniet et ſanctus de monte vmbroſo et condē ſo. Conſideraui. Aperuit celos maieſtas eius et laudis eius plena eſt terra. Domine audiui auditum tuum et timui. conſideraui opera tua et expaui. Collecta.

Deus a quo et iudas reatus ſui penam et confeſſionis ſue latro premiū ſumpſit: concede nobis tue propicia

ationis effectum. ut ſicut in paſ
ſione ſua ieſus chriſtus dominus
noſter diuerſa utriſque intulit ſti
pendia meritorum: ita nobis
ablato vetuſtatis errore reſurrecti
onis ſue gratiam largiatur.
Qui tecum viuit et regnat in
vnitate ſpiritus ſancti deus. Per
omnia ſecula ſeculorum.

Lectio ſecunda.

Dixit dominus ad mo
yſen et aaron in terra
egypti. Menſis iſte vobis princi
pium menſium: primus erit in
menſibus anni. Loquimini ad

vniuersum cetum filiorum israel:
et dicite eis. Decima die mensis
huius tollat vnusquisqz agnũ
per familias et domos suas. Si au
tem minor est numerus. ut suffi
cere non possit ad vescendum agnũ:
assumat vicinum suum qui iun
ctus est domui eius: iuxta nume
rum animarum que sufficere pos
sunt ad esum agni. Erit autem
agnus absqz macula: masculus
agniculus. Iuxta quem ritum
tolletis et hedum. et seruabitis eũ
usqz ad quartam decimam diem
mensis huius. immolabitqz eũ

vniuersa multitudo filiorū isra
el ad vesperum. Et sument de sā
guine. ac ponent super vtrumqꝫ
postem. et in superliminaribus
domorum in quibus comedent
illum. Et edent carnes nocte illa
assas igni: et azimos panes cum
lactucis agrestibus. Non comede
tis ex eo crudum quid. nec coctū
aqua: sed assum tantum igni.
Caput cum pedibus eius et intesti
nis vorabitis: nec remanebit ex eo quic
q̄ vsqꝫ mane. Si quid residuū
fuerit: igne comburetis. Sic
autem comedetis illum. Renes

vestros accingetis: calciamenta
habebitis in pedibus. tenentes ba
culos in manibus. et comedetis
festinantes. Est enim phase:
idest transitus domini. Tractus.

ERipe me domine ab
homine malo a viro
iniquo libera me.

Qui cogitauerunt malicias
in corde tota die constituebant
prelia. Acuerunt linguas su
as sicut serpentes venenum aspi
dum sub labijs eorum. Cu
stodi me domine de manu pecca
toris ab hominibus iniquis libe

ra me. Qui cogitauerunt ſup
plantare greſſus meos abſconde
runt ſuperbi laqueum michi.
Et funes extenderunt in laque
um pedibus meis iuxta iter ſcan
dalum poſuerunt michi. Dixi
domino deus meus es tu exaudi
domine vocem orationis mee.
Domine domine virtus ſalu
tis mee obumbra caput meum
in die belli. Ne tradas me a de
ſiderio meo peccatori. cogitauerũt
aduerſum me ne derelinquas me
ne vnq̄ exaltentur. Caput cir
cuitus eorum. labor labiorum

ipſorum operiet eos. Verũtamẽ
iuſti confitebuntur nomini tuo et
habitabunt recti cum vultu tuo.

Paſſio domini noſtri Jeſu chriſti:
Secundum Joannem.

In illo tempore: Egreſſus
eſt dominus ieſus cum
diſcipulis ſuis trans torrentem cedrõ
ubi erat ortus: in quem introiuit ipſe
et diſcipuli eius. Sciebat autem et
iudas qui tradebat eum locum: quia
frequenter ieſus conuenerat illuc cũ
diſcipulis ſuis. Judas ergo cum ac
cepiſſet cohortem et a pontificibus et
phariſeis miniſtros: venit illuc cum

laternis et facibus et armis. Iesus
itaqꝫ sciens omnia que ventura erāt
super eum: processit et dicit eis.
Quem queritis? Responderunt
ei. Iesum nazarenum. Dicit eis ie
sus. Ego sum. Stabat autem et
iudas qui tradebat eum: cum ipsis.
Ut ergo dixit eis ego sum: abie
runt retrorsum et ceciderunt in terrā.
Iterum ergo eos interrogauit. Quē
queritis? Illi autem dixerūt. Iesū
nazarenum. Respondit iesus. Dixi
vobis: quia ego sum. Si ergo me
queritis: sinite hos abire. Ut imple
retur sermo quem dixit: quia quos

dedisti mihi. non perdidi ex eis quemquam.
Symon ergo petrus habens gla
dium eduxit eum: et percussit ponti
ficis seruum. et abscidit auriculam
eius dextram. Erat autem nomen
seruo malchus. Dixit ergo iesus
petro. Mitte gladium in vaginam.
Calicem quem dedit mihi pater:
non vis bibam illum? Cohors ergo
et tribunus et ministri iudeorum
comprehenderunt iesum et ligaue
runt eum. et adduxerunt eum ad
annam primum. Erat enim socer
cayphe qui erat pontifex anni illius.
Erat autem cayphas qui consilium

dederat iudeis: quia expedit vnum
hominem mori pro populo. Se
quebatur autem ieſum ſymon petrus.
et alius diſcipulus. Diſcipulus
autem ille erat notus pontifici: et in
troiuit cum ieſu in atrium pontifi
cis. Petrus autem ſtabat ad oſtiū
foris. Exiuit ergo diſcipulus alius
qui erat notus pōtifici: et dixit oſtia
rie. et introduxit petrum. Dixit ergo
petro ancilla oſtiaria. Numquid et
tu ex diſcipulis es hominis iſtius?
Dicit ille. Non ſum. Stabāt au
tem ſerui et miniſtri ad prunas quia
frigus erat: et calefaciebant ſe. Erat

autem petrus cum eis ſtans: et cale
faciens ſe. Pontifex ergo interro
gauit ieſum de diſcipulis ſuis: et
de doctrina eius. Reſpondit ei ie
ſus. Ego palam locutus ſum mũ
do: ego ſemper docui in ſynagoga
et in templo quo omnes iudei cõue
niunt. et in occulto locutus ſũ nihil.
Quid me interrogas? Interroga
eos qui audierunt: quid locutus ſũ
ipſis. Ecce hij ſciunt: que dixerim
ego. Hec cum dixiſſet: unus aſſi
ſtens miniſtrorum dedit alapam
ieſu dicens. Sic reſpondes ponti
fici? Reſpondit ei ieſus. Si male

locutus ſum: teſtimonium perhibe
de malo. Si autem bene: quid me
cedis? Et miſit eum annas liga
tum ad cayphan pontificē. Erat
autem ſymon petrus ſtans: et cale
faciens ſe. Dixerunt ergo ei. Num
quid et tu ex diſcipulis eius es? Ne
gauit ille et dixit. Non ſum. Di
cit vnus ex ſeruis pontificis. cogna
tus eius cuius abſcidit petrus au
riculam. Nonne ego te vidi in or
to cum illo. Iterum ergo negauit
petrus: et ſtatim gallus cantauit.
Adducunt ergo ieſum a caypha
in pretorium. Erat autē mane.

Et ipſi non introierunt in preto
rium: ut non contaminarētur.
ſed manducarent paſcha. Exiuit
ergo pilatus ad eos foras: et dixit.
Quam accuſationem affertis ad
uerſus hominem hunc? Reſponde
runt et dixerunt ei. Si non eſſet
hic malefactor: non tibi tradidiſſe
mus eum. Dixit ergo eis pilatus.
Accipite eum vos: et ſecundum le
gem veſtram iudicate. Dixerunt
ergo ei iudei. Nobis non licet inter
ficere quemquam. Vt ſermo ieſu
impleretur quem dixit: ſignificās
qua morte eſſet moriturus. Introi

uit ergo iterum in pretorium pila
tus: et vocauit ieſum et dicit ei.
Tu es rex iudeorum: Et reſpondit
ieſus. A temetipſo hoc dicis: an
alij tibi dixerunt de me? Reſpondit
pilatus. Numquid ego iudeus ſū?
Gens tua et pontifices: tradiderūt
te mihi. Quid feciſti? Reſpondit
ieſus. Regnum meum non eſt de
hoc mundo. Si ex hoc mundo eſſet
regnum meum: miniſtri mei utiqꝫ
decertarent. ut non traderer iudeis.
Nunc autem regnum meum nō
eſt hinc. Dixit itaqꝫ ei pilatus.
Ergo rex es tu? Reſpondit ieſus.

Tu dicis: quia rex sum ego. Ego
in hoc natus sum: et ad hoc veni in
mundum: ut testimonium perhi
beam veritati. Omnis qui est ex ve
ritate: audit meam vocem. Dicit
ei pilatus. Quid est veritas? Et
cum hoc dixisset. iterum exivit ad
iudeos. et dicit eis. Ego nullam
causam invenio in eo. Est autem
consuetudo vobis: ut unum dimit
tam vobis in pascha. Vultis ergo
dimittam vobis regem iudeorum?
Clamaverunt rursum omnes di
centes. Non hunc sed barrabam.
Erat autem barrabas latro. Tunc

ergo apprehendit pilatus ieſum. et
flagellauit. Et milites plectentes
coronam de ſpinis impoſuerunt ca
piti eius: et ueſte purpurea circum
dederunt eum. Et ueniebant ad eū:
et dicebant. Aue rex iudeorum.
Et dabant ei alapas. Exiuit iterū
pilatus foras: et dicit eis. Ecce ad
duco uobis eum foras: ut cogno
ſcatis quia in eo nullam cauſam
inuenio. Exijt ergo ieſus portans
ſpineam coronam. et purpureum
ueſtimentum. Et dicit eis. Ecce
homo. Cum ergo uidiſſent eum
pontifices et miniſtri: clamabant

dicentes. Crucifige. crucifige eū.
Dicit eis pilatus. Accipite eū
vos: et crucifigite. Ego enim
non invenio in eo cauſam. Re
ſponderunt ei iudei. Nos legem
habemus. et ſecundum legem
debet mori: quia filium dei ſe fe
cit. Cum ergo audiſſet pilatus
hunc ſermonem: magis timuit.
Et ingreſſus eſt pretorium ite
rum: et dicit ad ieſum. Unde
es tu? Ieſus autem reſponſum
non dedit ei. Dicit ergo ei pila
tus. Mihi non loqueris? Neſcis
quia poteſtatem habeo crucifige

re te: et potestatem habeo dimitte
re te? Respondit iesus. Non ha
beres potestatem aduersum me
ullam: nisi tibi esset datum desu
per. Propterea qui me tradidit
tibi: maius peccatum habet. Exi
de querebat pilatus dimittere eū.
Iudei autem clamabant dicentes.
Si hunc dimittis: non es ami
cus cesaris. Omnis qui se regē
facit: contradicit cesari. Pilatus
ergo cum audisset hos sermones:
adduxit foras iesum. Et sedit
pro tribunali. in loco qui dicitur
lithostratos: hebraice autem ga

batha. Erat autem paraſceue
paſche hora quaſi ſexta. Et dicit
iudeis. Ecce rex veſter. Illi autem
clamabant. Tolle tolle: crucifi
ge eum. Dicit eis pilatus. Regē
veſtrum crucifigam? Reſponde
runt pontifices. Non habemus
regem niſi ceſarem. Tunc ergo
tradidit eis illum: ut crucifigere
tur. Suſceperunt autem iesum:
et eduxerunt. Et baiulans ſibi
crucem: exiuit in eum qui dicitur
caluarie locum. hebraice golgo
tha: ubi eum crucifixerunt. Et
cum eo alios duos hinc et hinc:

medium autem iesum. Scripsit
autem et titulum pilatus: et po
suit super crucem. Erat autem scri
ptum: iesus nazarenus rex iudeorū.
Hunc ergo titulum multi legerūt
iudeorꝫ: quia prope ciuitatē erat lo
cus ubi crucifixus est iesus. Et erat
scriptum hebraice, grece et latine. Di
cebant ergo pilato: pontifices iudeo
rum. Noli scribere rex iudeorum:
sed quia ipse dixit rex sum iudeorum.
Respondit pilatus. Quod scripsi
scripsi. Milites ergo cum crucifixis
sent eum: acceperunt vestimenta
eius et fecerunt quatuor partes. vni

cuiqꝫ

cuiqꝫ militi partem Et tunicam.
Erat autem tunica inconsutilis.
desuper contexta per totum. Dixe
runt ergo ad invicem. Non scinda
mus eam: sed sortiamur de illa cu
ius sit. Ut scriptura impleatur
dicens. partiti sunt vestimenta mea
et super vestem meam miserunt sor
tem. Et milites quidem hec fecerũt.
Stabant autem iuxta crucem iesu.
mater eius. et soror matris eius ma
ria cleophe: et maria magdalene.
Cum vidisset ergo iesus matrem
et discipulum quem diligebat: di
cit matri sue. Mulier: ecce filius

eius.

tuis. Deinde dicit diſcipulo. Ecce
mater tua. Et ex illa hora: accepit
eam diſcipulus in ſua. Poſtea
ſciens ieſus quia omnia conſumma
ta ſunt: ut conſummaretur ſcriptu
ra dicit. Sitio. Vas ergo po
ſitum erat. aceto plenum. Illi au
tem ſpongiam plenam aceto yſo
po circumponentes. obtulerunt
ori eius. Cum ergo accepiſſet ie
ſus acetum: dixit. Conſumma
tum eſt. Et inclinato capite: tra
didit ſpiritum. Iudei ergo quo
niam paraſceue erat ut non rema
nerent in cruce corpora ſabbato.

erat enim magnus dies ille ſab
bati. rogauerunt pilatum ut
frangerentur eorum crura. et
tollerentur. Venerunt ergo mi
lites. et primi quidem fregerunt
crura. et alterius qui crucifixus
eſt cum eo. Ad ieſum autem cũ
veniſſent. ut viderunt eum iam
mortuum non fregerunt eius
crura. Sed unus militum lãcea
latus eius aperuit: et continuo ex
iuit ſanguis et aqua. Et qui vi
dit teſtimonium perhibuit. et ve
rum eſt eius teſtimonium. Et ille
ſcit quia vera dicit. ut et vos creda

tis. Facta sunt enim hec. ut scri
ptura impleretur. Os non com
minuetis ex eo. Et iterum alia
scriptura dicit. Videbunt in
quem transfixerunt.

Post hec autem rogauit pyla
tum ioseph ab arimathia. eo quod
esset discipulus iesu. occultus
autem propter metum iudeorum:
ut tolleret corpus iesu. Et permi
sit pilatus. Venit ergo et tu
lit corpus iesu. Venit autem
et nichodemus qui uenerat ad ie
sum nocte primum. ferens mix
turam mirre et aloes. quasi li

bras centum. Acceperunt ergo cor-
pus iesu: et ligauerunt eum linthe-
is cum aromatibus. sicut mos est
iudeis sepelire. Erat autem in loco
ubi crucifixus est hortus. et in horto
monumentum nouum. in quo nõ-
dum quisq̃ positus fuerat. Ibi ergo
propter parasceuen iudeorum. quia
iuxta erat monumentum: posuerũt
iesum.

Collecte solennes.

OReenus dilectissimi no-
bis pro ecclesia sancta dei.
ut eam deus et dominus noster paci-
ficare et custodire dignetur. toto orbe

terrarum: subiciens ei principatus
et potestates. Detque nobis quietam
et tranquillam, vitam degentibus
glorificare deum patrem omnipoten
tem. Oremus. Flectamus genua

Omnipotens sempiterne
deus. qui gloriam tuam
omnibus in christo gen
tibus revelasti: custodi opera mise
ricordie tue. ut ecclesia tua toto orbe
diffusa. stabili fide in confessione
tui nominis perseveret. Per
eundem dominum nostrum ie
sum christum filium tuum. Qui
tecum vivit et regnat in unitate

ſpiritus ſancti deus.

Oremus et pro beatiſſi
mo papa noſtro. N.
ut deus et dominus no
ſter qui elegit eum in ordine epiſco
patus. ſaluum atq; incolumem
cuſtodiat eccleſie ſue ſancte. ad re
gendum populum ſanctum dei.

Oremus. Flectamus genua. V.

Omnipotens ſempiterne
deus cuius iudicio vni
uerſa fundantur. reſpice
propitius ad preces noſtras. et ele
ctum nobis antiſtitem tua pietate
conſerua. R. chriſtiana plebs que tali

gubernatur auctore. sub tanto ponti
fice credulitatis sue meritis augea
tur. Per eundem dominum nr̄m
iesum christum filium tuum. Qui
tecum viuit et regnat in vnitate spi
ritus sancti deus.

ORemus et pro omnibus
episcopis: presbiteris: dy
aconibus, subdyaconi
bus, acolitis, exorcistis, lectoribus,
ostiarijs, confessoribus, virginibus,
viduis, et pro omni populo sctō
dei. Oremus. Flectamus.

OMnipotens sempiterne
deus. cuius spiritu totū

corpus eccleſie ſanctificatur et regi-
tur. exaudi nos pro vniuerſis ordi-
nibus ſupplicantes: ut gratie tue
munere. ab omnibus tibi gradib'
fideliter ſeruiatur. Per eundem
dominum noſtrum ieſum chriſtū
filium tuum. Qui tecum viuit &
regnat in vnitate ſpiritus ſancti
deus.

Oremus et pro chriſtia-
niſſimo rege noſtro. N.
ut deus et dominus noſter, ſubdita
illi faciat omnes barbaras natio-
nes. ad noſtram perpetuam pacē.

Oremus. Flectamus genua. Leu.

Omnipotens sempiter
ne deus. in cuius ma
nu sunt omnium po
testates et omnia iura regnorū.
respice ad romanum atqꝫ franco
rum benignus imperium. ut gē
tes que in sua feritate confidūt.
potentie tue dextera comprimā
tur. Per eundem dominum
nostrum iesum christum filiū
tuum. Qui tecum viuit et re
gnat in vnitate spūs scti deus.
Oremus et pro cathe
cuminis nostris. ut
deus et dominus nr̄

adaperiat aures precordiorum eorum: ianuamque misericordie. ut per lavachrum regenerationis. accepta remissione omnium peccatorum et ipsi inveniantur in christo iesu domino nostro.

Oremus. Flectamus genua. Levate.

Omnipotens sempiterne deus. qui ecclesiam tuam nova semper prole fecundas. auge fidem et intellectum cathecuminis nostris: ut renati fonte baptismatis: adoptionis tue filiis aggregentur. Per eundem dominum nostrum iesum christum filium

tuum. Qui tecum viuit et regnat
in vnitate ſpiritus ſancti deus.

ORemus dilectiſſimi no
bis deum patrem omni
potentem. ut cunctis
mundum purget erroribus. mor
bos auferat, famē depellat: aperiat
carceres, vincula diſſoluat, peregri
nantibus ad patriam reditum, in
firmantibus ſanitatem, nauigan
tibus portum ſalutis indulgeat.

Oremus. Flectamus genua. Leuate.

OMnipotens ſempiter
ne deus: meſtorum cō
ſolatio, laborantium

fortitudo: perueniant ad te preces
de quacu(n)q(ue) tribulatione clamantiu(m).
ut omnes sibi in necessitatibus su
is misericordiam tuam gaudeant
affuisse. Per eundem dominu(m)
nostrum iesum christum filium
tuum. Qui tecum viuit et regnat
in unitate spiritus sancti deus.

Oremus et pro hereticis
et scismaticis. ut deus et
dominus noster eruat
eos ab erroribus uniuersis et ad san
ctam matrem ecclesiam catholicam
atq(ue) apostolicam reuocare dignetur.
Oremus. Flectamus genua. Leuate.

Omnipotens ſempiterne deus. qui ſaluas omnes et neminem vis perire. reſpice ad animas diabolica fraude deceptas: ut omni heretica prauitate depoſita. errantium corda reſipiſcant: et ad veritatis tue redeant vnitatem. Per eundem dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus.

Oremus et pro perfidis iudeis. ut deus et dominus noſter auferat velamen de cordibus eorum: ut et ipſi agnoſcant ieſum

chriſtum dominum noſtrum.

Oremus hic nõ flect' genua Leũ.

Omnipotens ſempiterne deus. qui etiam iudaicã perfidiam a tua miſericordia non repellis: exaudi preces noſtras quas pro illius pro illius populi obcecatione deferimus: ut agnita veritatis tue luce que chriſt' eſt. a ſuis tenebris eruantur. Per eundem dominum noſtrum ieſũ chriſtum filium tuum. Qui tecũ viuit et regnat ĩ unitate ſpiritus ſcti ds.

Oremus et pro paganis

ut deus omnipotens auferat ini
quitatem a cordibus eorum. et re
lictis ydolis suis conuertantur ad
deum uiuum et uerum: et unicum
filium eius iesum christum deum
et dominum nostrum: cum quo
uiuit et regnat cum spiritu sancto
deus. Per omnia secula seculorum.

Oremus Flectamus genua Leuate.

Omnipotens sempiterne
deus. qui non mortem
peccatorum sed uitam
semper inquiris. suscipe propicius
orationem nostram. et libera eos
ab ydolorum cultura. et aggrega

eccleſie tue ſancte ad laudem et glo
riam nominis tui. Per dominū
noſtrum ieſum chriſtum filium
tuum. Qui tecum viuit et regnat
in vnitate ſpiritus ſancti deus.
Per omnia ſecula ſeculorum.
Dum vero oēs crucē adorauerīt va
dit prelatus ad altare et dicit.
Oremus preceptis ſalutaribus.
cū orōne dñica. Pater nr̄. et ſequē
ti collecta. Libera nos. cū vero di
xerit. Per omnia ſecula ſeculorū.
Nō ſequitur Pax dñi ſit ſēper vo
biſcū. Quia nec pax eodē die dat'.
ſed ipſe prim' ſumit de ſāctis et dei

de cunctis per ordinem diſtribuit.
In craſtino autem ideſt in vigilia pa
ſche dicitur quidem. Pax domini
ſit ſemper vobiſcum. Sed nō ſequit'
Agnus dei. Et tamen pax ab ō
nibus accipitur. et omnes cōmuni
cant et deinde prelatus dicit poſt cōmu
nionē cū Ite miſſa eſt.
Sabbato ſancto paſche. Lcō pma.
In principio creavit deus
celum et terram. Terra
autem erat inanis et va
cua: et tenebre erant ſuper faciem
abyſſi, et ſpiritus dei ferebat' ſuper a
quas. Dixitq; deus. Fiat lux. Et facta

eſt lux. Et vidit deus lucem quod
eſſet bona: et diuiſit lucem a tene
bris. Appellauitqꝫ lucem diem:
et tenebras noctem. Factumqꝫ
eſt veſpere et mane: dies vnus. Di
xit quoqꝫ deus. Fiat firmamentū
in medio aquarum: et diuidat
aquas ab aquis. Et fecit deus fir
mamentum. diuiſitqꝫ aquas que
erant ſub firmamento ab his que
erant ſuper firmamentum. Et fa
ctum eſt ita. Vocauitqꝫ deus fir
mamentum celum. Et factum
eſt veſpere et mane. dies ſecundus.
Dixit vero deus. Congregentur

aque que sub celo sunt in locum
vnum: et appareat arida. Factūqꝫ
est ita. Et vocauit deus aridam
terram: congregationesqꝫ aquaꝝ
appellauit maria. Et vidit deus
quod esset bonum: et ait. Germi
net terra herbam virentem et facien
tem semen: et lignum pomiferū
faciens fructum iuxta genus suū:
cuius semen in semetipso sit super
terram. Et factum est ita. Et pro
tulit terra herbam virentem et affe
rentem semen iuxta genus suum:
lignumqꝫ faciens fructum: et habēs
vnumquodqꝫ sementem secundū

ſpeciem ſuam. Et vidit deus quod
eſſet bonum: factumqꝫ eſt veſpere et
mane dies tercius. Dixit autem de
us. Fiant luminaria in firmamē
to celi: et diuidant diem ac noctem.
et ſint in ſigna et tempora et dies et
annos. ut luceant in firmamento
celi. et illuminent terram. Et factū
eſt ita. Fecitqꝫ deus duo magna lu
minaria: luminare maius ut preeſ
ſet diei. et luminare minus ut preeſſet
nocti. Et ſtellas. Et poſuit eas in
firmamento celi ut lucerent ſuper
terram. et preeſſent diei ac nocti. et di
uiderent lucem a tenebris. Et vidit

deus quod eſſet bonum. et factum ē
veſpere et mane dies quartus. Dixit
etiam deus. Producant aque repti
le anime viventis. et volatile ſuper
terram: ſub firmamento celi. Crea
uitqꝫ deus cete grandia: et omnem
animam viventem atqꝫ motabilē:
quam produxerant aque in ſpecies
ſuas. et omne volatile ſecundum
genus ſuum. Et vidit deus quod
eſſet bonum: benedixitqꝫ eis dicens.
Creſcite et multiplicamini et replete
aquas maris: aveſqꝫ multiplicen
tur ſuper terram. Et factum eſt
veſpere et mane: dies quintus. Dixit

quoqꝫ deus. Producat terra ani
mam viuentem in genere suo: iu
menta et reptilia et bestias terre secū
dum species suas. Factumqꝫ est ita.
Et fecit deus bestias terre iuxta speci
es suas: et iumenta et omnia repti
lia terre in genere suo. Et vidit deus
quod esset bonum: et ait. Faciamus
hominem ad imaginem et similitu
dinem nostram: et presit piscibus
maris et volatilibus celi. et bestijs
terre vniuerseqꝫ creature. omniqꝫ re
ptili quod mouetur in terra. Et crea
uit deus hominem ad imaginem
suam. Ad imaginem dei creauit il

lum: masculum et feminam crea
uit eos. Benedixitque illi deus: et
ait. Crescite et multiplicamini et
replete terram: et subicite eam et do
minamini piscibus maris et vola
tilibus celi. et uniuersis animanti
bus que mouentur super terram.
Dixitque deus. Ecce dedi vobis om
nem herbam afferentem semen super
terram. et uniuersa ligna que habent
in semetipsis sementem generis sui:
ut sint vobis in escam et cunctis ani
mantibus terre. omnique volucri celi.
et uniuersis que mouentur in terra.
et in quibus est anima viuens: ut

C^m 4.

habeant ad vescendum. Et factum
est ita. Viditque deus cuncta que
fecerat. et erant valde bona. Et fa
ctum est vespere et mane dies sextus.
Igitur perfecti sunt celi et terra: et
omnis ornatus eorum. Comple
vitque deus die septimo opus suum
quod fecerat: et requievit die septi
mo. ab universo opere suo quod pa
trarat. Collecta.

Deus qui mirabiliter cre
asti hominem et mira
bilius redemisti: da nobis quesumus
contra oblectamenta peccati. men
tis ratione persistere: ut mereamur

ad gaudia eterna peruenire. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum.

Factum est Lectio. ij. in vigilia matutina: et ecce respiciens dominus super castra egiptiorum per columnam ignis et nubis. interfecit exercitum eorum. et subuertit rotas curruum ferebanturque in profundum. Dixerunt ergo egyptij. Fugiamus israelem: dominus enim pugnat pro eis contra nos. Et ait dominus ad

moysē. Extende manum tuam su
per mare: ut revertantur aque ad
egyptios super currus et equites eorū.
Cūq; extendisset moyses manum
contra mare: reversum est primo di
luculo ad priorem locum. Fugien
tibusq; egyptijs: occurrerunt aque
et involuit eos dominus in medijs
fluctibus. Reverseq; sunt aque
et operuerunt currus et equites cū
cti exercitus pharaonis. qui sequē
tes ingressi fuerant mare. ne unus
quidem superfuit ex eis. Filij autē
israel perrexerunt per mediū sicci
maris: et aque eis erant quasi pro

muro a dextris et a sinistris. Libera
uitque dominus in die illo israel de
manu egyptiorum: et viderunt egy
ptios mortuos super litus maris. et
manum magnam quam exercuerat
dominus contra eos. Metuitque po
pulus dominum: et crediderunt do
mino et moysi seruo eius. Tunc ceci
nit moyses. et filij israel: carmen hoc
domino. Tractus.
CAntemus domino glori
ose enim honorificatus
est. equum et ascensorem proiecit in
mare adiutor et protector factus est
michi in salutem. Hic deus meus

et honorificabo eum deus patris mei et exaltabo eum. Dominus conterens bella. dominus nomen est illi. Collecta.

Deus cuius antiqua miracula etiam nostris seculis choruscare sentimus: dum quod uni populo a persecutione egyptia liberando dextere tue potentia contulisti: id in salutem gentium per aquam regenerationis operaris: presta ut et in abrahe filios et in israeliticam dignitatem totius mundi transeat plenitudo. Per dominum nostrum

ieſum chriſtum filium tuum.
Qui tecum vivit et regnat in
unitate ſpiritus ſancti deus.
Per omnia ſecula ſeculorum.

Lectio tercia.

Apprehendent ſeptem
mulieres virum unum
in die illa dicentes. Panem
noſtrum comedemus. et veſti-
mentis noſtris operiemur: tan-
tummodo invocetur nomen
tuum ſuper nos: aufer oppro-
brium noſtrum. In die illa
erit germen domini in magni-
ficentia et gloria: et fructus ter-

re ſublimis. et exultatio his qui
ſaluati fuerint de iſrael. Et erit
omnis qui relictus fuerit in ſyon
et reſiduus in hieruſalem. ſanctus
uocabitur omnis qui ſcriptus eſt ĩ
uita in hieruſalem. Si abluerit
dominus ſordem filiorum ſyon.
et ſanguinem hieruſalem lauerit
de medio eius: in ſpiritu iudicij et
ſpiritu ardoris. Et creauit dominꝰ
ſuper omnem locum montis ſyon.
et ubi inuocatus eſt nubem per diē:
et fumum et ſplendorem ignis flā
mantis in nocte. Super omnem
enim gloriam protectio: et taberna

culum erit in umbraculum diei ab
eſtu. et in ſecuritatem et in abſconſi
onem. a turbine et a pluuia. ℟.
Vinea facta eſt dilecto in
cornu in loco uberi. Et
maceriam circumdedit et
circumfodit et plantauit uineam ſo
reth et edificauit turrim in medio
eius. et torcular fodit in ea. uinea
enim domini ſabaoth domus iſrael
eſt. Collecta.
Deus qui nos ad celebrā
dum paſchale ſacramen
tum. utriuſqꝫ teſtamenti paginis
imbuiſti: da nobis intelligere miſe

ricordias tuas: ut ex perceptione pre
sentium munerum. firma sit expe
ctatio futurorum. Per dominum
nostrum iesum christum filium tu
um. Qui tecum viuit et regnat in
unitate spiritus sancti deus. Per
omnia secula seculorum.

Lectio quarta.

HEc est hereditas seruorum
domini: et iusticia eorum
apud me dicit dominus. Omnes
sitientes venite ad aquas: et qui non
habetis argentum. properate emite
et comedite. Venite. emite absque
argento. et absque ulla commutati

one. uinum et lac. Quare appendi
tis argentum non in panibus. et
laborem ueſtrum non in ſaturitate?
Audite audientes me. et comedite
bonum: et delectabitur in craſſitu
dine anima ueſtra. Inclinate aurē
ueſtram et uenite ad me. audite et ui
uet anima ueſtra. Et feriam uobi
ſcum pactum ſempiternum: miſe
ricordias dauid fideles. Ecce teſtē
populis dedi eum: ducem ac prece
ptorem gentibus. Ecce gentem
quam neſciebas uocabis: et gen
tes que non cognouerunt te ad te
current. propter dominum deum

tuum et ſanctum iſrael. quia glo
rificauit te. Querite dominum
dum inueniri poteſt: inuocate
eum dum prope eſt. Derelinquat
impius viam ſuam. et vir ini
quus cogitationes ſuas: et reuer
tatur ad dominum et miſerebi
tur eius. et ad deum noſtrum.
quonia multus eſt ad ignoſcen
dum. Non enim cogitationes
mee cogitationes veſtre. neqz vie
mee vie veſtre dicit dominus:
quia ſicut exaltantur celi a terra.
ſic exaltate ſunt vie mee a viis
veſtris. et cogitationes mee a co

gitationibus vestris. Et quomo
do descendit ymber et nix de celo. et
illuc ultra non revertitur. sed ine
briat terram et infundit eam et ger
minare eam facit. et dat semen se
renti et panem comedenti. sic erit
verbum meum quod egredietur de
ore meo: dicit dominus omnipotēs.

Attende celū̄ Tractus.
et loquar et audiat ter
ra verba ex ore meo.

Expectetur sicut pluvia eloqui
um meum et descendant sicut ros
verba mea sicut ymber super grami
na et sicut nix super fenum quia

nomen domini inuocabo. Date
magnificentiam deo noſtro. Deus
uerax opera eius et omnes vie eius
iudicia. Deus fidelis in quo nō
eſt iniquitas. iuſtus et ſanctus do
minus. Collecta.

DEus qui eccleſiam tu
am noua ſemper genti
um vocatione multiplicas: con
cede propicius. ut quos aqua ba
ptiſmatis abluis. continua pro
tectione tuearis. Per dominum
noſtrum ieſum chriſtum filium
tuum. Qui tecum viuit et regnat
in vnitate ſpiritus ſācti deus. P

omnia secula seculorum. Tractus.

Sicut ceruus desiderat
ad fontes aquarum.
ita desiderat anima mea
ad te deus. Sitiuit anima mea
ad deum viuum quando veniam et
apparebo ante faciem dei mei. Fu
erunt michi lachrime mee panes die
ac nocte dum dicitur michi per sin
gulos dies ubi est deus tuus. Coll'.

Concede quesumus om
nipotens deus ut qui
festa paschalia agimus:
celestibus desiderijs accensi. fontem
vite sitiamus dominum nostrum

iesum christum filium tuum. qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum.

Sequitur letania. Kyrie eleyson. Christe eleison. Christe audi nos. Kyrie eleison.

Gloria in excelsis deo.

Pax vobis. Collecta.

Deus qui hanc sacratissimam noctem gloria dominice resurrectionis illustras: conserua in nouam familie tue progeniem adoptionis spiritum quem dedisti: ut corpore et mēte

renouati. puram tibi exhibeant ser
uitutem. Per eundem dominum
nostrum iesum christum filium
tuum. Qui tecum viuit et regnat
in vnitate eiusdem spiritus sancti
deus. Per omnia secula seculorū.

Lectio epistole beati pauli aposto
li: Ad collosenses.

FRatres: Si consurrexi
stis cum christo: que sur
sum sunt querite ubi christus est in
dextera dei sedens. Que sursum sūt
sapite: non que super terram. Mor
tui enim estis: et vita vestra abscō
dita est cum christo in deo. Cu enī

christus apparuerit vita vestra:
tunc et vos apparebitis: cum ipso
in gloria. ℟.
Alleluya. ℣. Confitemi
ni domino quoniã bonus quo
niam in seculum misericordia eiꝰ.
Laudate do Tractus.
minum omnes gẽtes
et collaudate eum om
nes populi. Quoniam confir
mata est super nos misericordia
eius et veritas domini manet in
eternum.
Sequentia sancti euange
lii: Secundum Mattheum.

In illo tempore. Veſpere
ſabbati que luceſſit in
prima ſabbati: venit ma
ria magdalene et altera maria vide
re ſepulchrum. Et ecce terremotus
factus eſt magnus. Angelus enim
domini deſcendit de celo: et accedens
reuoluit lapidem. et ſedebat ſuper eū.
Erat autem aſpectus eius ſicut ful
gur: et veſtimentum eius ſicut nix.
Pre timore autem eius exterriti ſūt
cuſtodes: et facti ſunt velut mortui.
Reſpondens autem angelus: dixit
mulieribus. Nolite timere vos.
Scio enim: quod ieſum qui cruci

fixus

fixus eſt queritis. Non eſt hic: ſur
rexit enim ſicut dixit. Venite et
videte locum: ubi poſitus erat do
minus. Et cito euntes. dicite di
ſcipulis eius quia ſurrexit: et ecce
precedit vos in galileam. Ibi eũ
videbitis: ecce predixi vobis.

Vſcipe Secreta.

S queſumus domine ple
bis tue et tuorum hoſti
as renatorum: ut et confeſſione
tui nominis et baptiſmate reno
vati. ſempiternam beatitudinem
conſequantur. Per eundem do
minum noſtrum ieſum chriſtũ

filium tuum. Qui tecum vivit
et regnat in unitate eiusdem spi
ritus sancti deus. Prefatio.
Equum et salutare. Te quidem
domine omni tempore. sed in hac po
tissimum nocte gloriosius. Infra
Communi actionem.
cantes et noctem sacra
tissimam celebrantes
resurrectionis domini nostri iesu
christi. secundum carnem. Sed
et memoriam venerantes. in pri
mis gloriose semper virginis ma
rie genitricis eiusdem dei et domi
ni nostri iesu christi. Sed et be

atorum apoſtolorum. Item.

Hanc igitur oblationem
ſeruitutis noſtre. ſed et cū
cte familie tue. quam ti
bi offerimus pro his quoqꝫ quos
regenerare dignatus es ex aqua et
ſpiritu ſancto. tribuens eis remiſſio
nem omnium peccatorum. queſu
mus domine ut placatus accipias.
dieſqꝫ noſtros. B̄ndictio.

Deus qui de eccleſie ſue in
temerato utero nouos
populos producens. eā
virginitate manente noua ſemper
prole fecundat. fidei, ſpei, et charitatis

vos munere repleat: et sic in vos
benedictionis dona infundat. Amē.
Et qui hanc sacratissimam no
ctem redemptoris nostri resurrectio
ne voluit illustrare: mentes vestras
peccatorum tenebris mundatas. vir
tutum copiis faciat choruscare.
Amen.
Quo eorum qui modo renati
sunt innocentiam imitari certetis. et
vascula mentium vestrarum exem
plo presentium luminum illustre
tis. ut cum bonorum operum lam
pidibus ad huius sponsi thalamū
cuius resurrectionem celebratis. cū

prudentibus virginibus intrare
poſſitis. Amen.

Quod ipſe preſtare digne
tur. cuius regnum et impe
rium ſine fine permanet in ſecu
la ſeculorum. Amen.

Benedictio dei omnipoten
tis pa ✠ tris. et fi ✠ lij.
et ſpiritus ✠ ſancti. ſuper vos
deſcendat. Amen. Poſt coio.

Spiritum nobis domi
ne tue charitatis infun
de: ut quos ſacramen
tis paſchalibus ſaciaſti, tua facias
pietate concordes. Per domi

num noſtrum ieſum chriſtum
filium tuum. Qui tecum viuit
et regnat in vnitate eiuſdem ſpi
ritus ſancti deus. Per omnia
ſecula ſeculorum.



In die ſācto paſche. Ad miſſā. Introi.

Eſurrexi et adhuc tecū ſum alle
luya. poſuiſti ſuper me manum
tuam alleluya. mirabilis facta
eſt ſcientia tua alleluya alleluya.
ps. Domine probaſti me et co

gnouiſti me: tu cognouiſti ſeſſio
nem meam et reſurrectionem meã.
Intr. Reſurrexi. ps. Hec eſt di
es quam fecit dominus exultemus
et letemur in ea. Intr. Gloria pa
tri et filio et ſpiritui ſancto. Sicut
erat in principio et nunc et ſemper
et in ſecula ſeculorum amen. Intr.
Reſurrexi. Kyrie eleiſon. iij.
Chriſte eleiſon. iij. Kyrie el'. iij.
Gloria in excelſis deo.
Pax vobis. Collecta.
Deus qui hodierna die
per vnigenitum tuum.
eternitatis nobis aditum. deuicta

morte reſeraſti: vota noſtra que pre
ueniendo aſpiras etiam adiuuan
do proſequere. Per eundem do
minum noſtrum ieſum chriſtum
filium tuum. Qui tecum viuit
et regnat in vnitate eiuſdem ſpiri
tus ſancti deus. Per omnia ſe
cula ſeculorum.

Lectio epiſtole beati pauli apoſtoli.
Ad corinthios.

Fratres: Expurgate ve
tus fermentum: ut ſi
tis noua conſperſio, ſicut eſtis azi
mi. Etenim paſcha noſtrum im
molatus eſt chriſtus. Itaque epule

mur. non in fermento veteri. neq3
in fermento malicie et nequitie:
ſed in azimis ſinceritatis: et veri
tatis. Gr.

H Ec dies quam fecit domi
nus exultemus et letemur in ea. V.
C onfitemini domino quoniā
bonus quoniam in ſeculum miſe
ricordia eius. Ber.

A Lleluya. V. P aſcha noſtrū
immolatus eſt chriſtus. V.
E pulemur in azimis ſincerita
tis et veritatis. Proſa.

F Ulgens preclara ruti
lat per orbem hodie dies

in qua christi lucida narrantur o
uanter prelia. De hoste superbo
quem iesus triumphauit pulchre
castra illius perimens teterrima.
Infelix culpa eue qua caruimus
omnes vita. Felix proles marie
qua epulamur modo vna. Be
nedicta sit celsa regina illa. Ge
nerans regem spoliantem tartara.
Pollentem iam in ethera. Rex
in eternum suscipe benignus preco
nia nostra sedulo tibi canentia.
Patris sedens in dextera. Victor
ubique morte superata atque triumpha
ta. Polorum possidens gaudia.

O magna o celsa o pulchra
clementia christi melliflua o al
ma. Laus tibi honorq; ac vir
tus qui nostram antiq̃ leuiasti
sarcinam. Roseo cruore agni
benignissimi empta florida mi
cat hec aula. Potenti virtute no
stra qui lauit facinora tribuens
dona fulgida. Stupens valde
in mente iam miror hodierna.
Tanta indignis patere nobis
sacramenta. Stirpe dauitica.
Ortus de tribu iuda leo potens
surrexisti in gloria. Agnus vi
sus es in terra. Fundans olim

arua. Regna petens ſupera iu
ſtis reddens premia in ſecula.
Dignanter ouantia. Diuiſio.
Dic impie zabule quid ua
let nunc fraus tua. Igne
is loris nexa a chriſti victoria.
Tribus lingue admiramini
quis audiuit talia miracula.
Ut mors mortem ſic ſuperaret
rei perciperent talem gratiã. Iu
dea incredula cur manes adhuc in
uerecunda. Perſpice chriſticolas
qualiter leti canunt inclyta redem
ptori carmina. Eya pie rex chri
ſte da nobis precamina. Solue

nexorum vincula electorum agmi-
na. Fac tecum resurgere ad beatā
gloriam digna rependens merita.
Paraclyti sancti consolationē
piam. Expectamus secundum
promissionem tuam. Acturi ascē-
sionis sacra solemnia. Qua es
regressus in celum nube tectus cla-
ra. Tollens laude eterna.

Sequentia sancti euangelij: se-
cundum marcum.

In illo tempore: Maria
magdalene, et maria
iacobi et salome emerunt aroma-
ta: ut venientes ungerent iesum.

Et valde mane vna sabbatorum.
veniunt ad monumentum: orto
iam sole. Et dicebant ad inuicem.
Quis reuoluet nobis lapidem ab
ostio monumenti? Et respiciẽtes:
viderunt reuolutum lapidem.
Erat quippe magnus valde. Et
introeuntes in monumentum:
viderunt iuuenem sedentem in dex
tris coopertum stola candida. et ob
stupuerunt. Qui dicit illis. Noli
te expauescere. Jesum queritis na
zarenum: crucifixum. Surrexit:
non est hic: Ecce locus: vbi posue
runt eum. Sed ite, dicite discipu

lis eius et petro: quia precedit vos
in galileam. Ibi eum videbitis:
sicut dixit vobis.

Credo in unum deum. Offer.

Terra tremuit et quievit dum
resurgeret in iudicio deus
alleluya. Secreta.

Suscipe domine quesumus preces populi tui
cum oblationibus hostiarum:
ut paschalibus initiate mysteriis
ad eternitatis nobis medelam te
operante proveniant. Per dominum
nostrum iesum christum filium
tuum. Qui tecum vivit et

regnat in unitate spiritus sancti
deus. *Prefatio.* Equum et sa
lutare. Te quidem dñe omni tẽ
pore. *Infra actionem.*
Communicantes et diẽ
sacratissimum celebrã
tes resurrectionis domini nostri
iesu christi secundum carnem.
Sed et memoriam venerantes
in primis gloriose semper virgi
nis marie genitricis eiusdem dei et
dñi nr̃i iesu christi. Sed et btõꝝ apo
stoloꝝ. *Item Infra actionẽ.*
Hanc igitur oblationẽ
servitutis nostre sed et

cuncte familie tue quam tibi of
ferimus. pro his quoque quos rege
nerare dignatus es ex aqua et spi
ritu sancto. tribuens eis remissio
nem omnium peccatorum. que
sumus domine ut placatus acci
pias. diesque nostros.

Adiutorium nostrum in no
mine domini. Qui fecit
celum. Sit nomen domini be
nedictum. Ex hoc nunc. Benedictio.

Benedicat vos omnipo
tens deus. hodierna in
terveniente paschali so
lemnitate. et ab omni miseratus

dignetur defendere pravitate.
Amen.
Et qui ad eternam vitam in v
nigeniti sui resurrectione nos repa
rat. in ipsius adventu immorta
litatis vos gaudiis vestiat. Amē.
Et qui expletis ieiuniorum sive
passionis dominice diebus. pascha
lis festi gaudia celebratis: ad ea fe
sta que non sunt annua sed conti
nua ipso opitulante exultantibus
animis veniatis. Amen.
Quod ipse prestare dignetur.
Cuius regnum et imperium sine fine
permanet in secula seculorum. Amē.

Benedictio dei omnipotentis
pa tris et fi lij, et ſpi ri
tus ſancti ſuper vos deſcendat.
Amen. Coio.

Paſcha noſtrum immola
tus eſt chriſtus alleluya
itaque epulemur in azimis ſince
ritatis et veritatis alleluya alle
luya alleluya. Poſt coio.

Spiritum nobis domi
ne tue charitatis infun
de: ut quos ſacramentis
paſchalibus ſatiaſti. tua facias
pietate concordes. Per dominum
noſtrum ieſum chriſtum filium

tuum. Qui tecum vivit et re
gnat in unitate eiusdem spiritus
sancti deus. Per omnia secu
la seculorum. Amen. Domi
nus vobiscum. Et cū spū tuo.
Ite missa est.

In die ascensionis dñi. Introitus.



Viri galilei
quid admi
ramini aspi
cientes in ce
lum alle
luya quem
admodum vidistis eum ascendē
tem in celum ita veniet alleluya

alleluya alleluya. ps. Omnes
gentes plaudite manibus: iubi
late deo in voce exultationis. Int.
Viri galilei. ps. Dumque intue
rentur in celum euntem illum:
ecce duo viri astiterunt iuxta illos
in vestibus albis. qui et dixerunt.
Intr. Viri galilei. ps. Gloria
patri et filio et spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc
et semper et in secula seculorum amen.
Intr. Viri galilei.
Kyrie eleison. iij. Christe
eleison. iij. Kyrie el. iij.
Gloria in excelsis deo.

Pax vobis. Et cum. Coll.

Concede quesumus omnipotens deus: ut qui hodierna die vnigenitum tuum redemptorem nostrũ ad celos ascendisse credimus: ipsi quoqꝫ mente in celestibus habitemus. Per eundem dominum nostrum iesum christum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate eiusdem spiritus sancti deus. Per oĩa sclã sclõꝝ.

Lectio actuũ aplõꝝ.

Primum quidem sermonem feci de omnibus

his o theophile que cepit ieſus facere
et docere. uſqꝫ in diem qua precipiēs
apoſtolis per ſpiritum ſanctum.
quos elegit aſſumptus eſt. Qui
bus et prebuit ſeipſum uiuum poſt
paſſionem ſuam in multis argu
mentis per dies quadraginta appa
rens eis: et loquens de regno dei. Et
conueſcens precepit eis ab hieroſoli
mis ne diſcederent. ſed expectarent
promiſſionem patris. quam audi
ſtis inquit per os meum. quia ioā
nes quidem baptizauit aqua: uos
autem baptizabimini ſpiritu ſan
cto non poſt multos hos dies. Igi

tur qui conuenerāt.

tur qui conuenerant: interrogabāt
eum dicentes. Domine. ſi in tem
pore hoc reſtitues regnum iſrael?
Dixit autem eis. Non eſt veſtrum
noſſe tempora vel momenta. que
pater poſuit in ſua poteſtate: ſed ac
cipietis virtutem ſuperuenientis
ſpiritus ſancti in vos. et eritis mihi
teſtes in hieruſalem et in omni iu
dea et ſamaria. et uſqꝫ ad ultimū
terre. Et cum hec dixiſſet: videnti
bus illis eleuatus eſt et nubes ſu
ſcepit eum ab oculis eorum. Cūqꝫ
intuerentur in celum euntem il
lum: ecce duo viri aſtiterūt iuxta

illos in veſtibus albis. qui et dixe
runt. Viri galilei quid ſtatis
aſpicientes in celum: Hic ieſus
qui aſſumptus eſt a vobis in celū:
ſic veniet quemadmodum vidiſtis
eum: euntem in celum. ℟.

Alleluya. ℣. Pſallite deo
qui aſcendit ſuper celum
celi ad orientem.

Alleluya. ℣. Aſcendens chri
ſtus in altum captiuam
duxit captiuitatem dedit dona ho
minibus. Proſa.

Rex omnipotens die hodi
erna. Mundo triun

phali redempto potentia. Victor
ascendit celos vnde descenderat.
Iam quadraginta postq̄ sur
rexerat. Diebus sacris confir
mans pectora. Apostolorum
cara pacis relinquens oscula.
Quibus et dedit potestatem la
xandi crimina. Et misit eos in
mundum baptizare cunctas ani
mas. In patris et filij et sancti
paracliti nomine. Et conuescẽs
precepit eis ab hierosolimis. Ne
abirent sed expectarent promissa
munera. Non post multos enī
dies mittam vobis spiritum pa

raclytum in terris. Et eritis mi
hi teſtes in hieruſalem iudea ſiue ſa
maria. Et cum hoc dixiſſet vidē
tibus illis eleuatus eſt et nubes
clara. Suſcepit eum ab eorum
oculis intuentibus illis ethera.
Ecce ſtetere amicti duo in veſte
alba. Iuxta dicentes quid ad
miramini celorum alta. Ieſus
enim hic qui aſſumptus eſt a vo
bis in patris dextera. Et aſcendit
ita veniet querens talenti commiſ
ſi lucra. O deus maris poli arui
hominem quem creaſti quē frau
de ſubdola. Hoſtis expulit para

dyſo et captiuatum ſecum duxit ad tartara. Sanguine proprio quem redemiſti deus illuc et reuehis unde primus corruit paradyſi ad gaudia. Iudex cum veneris iudicare ſeculum, da nobis perhennis ſempiternam requiem in ſanctorum patria. In qua tibi cantemus alleluya. Amen.

Sequentia ſancti euangelij: ſecundum Marcum.

In illo tempore. Recumbentibus undecim diſcipulis apparuit dominus ieſus: et exprobrauit incredulitatem illo

rum et duritiam cordis: quia
his qui viderant eum resurrexisse
non crediderunt. Et dixit eis.
Euntes in mundum vniuersũ:
predicate euangelium omni crea
ture. Qui crediderit et baptiza
tus fuerit: saluus erit. Qui vero
non crediderit: cōdemnabitur. Si
gna autem eos qui crediderint:
hec sequentur. In nomine meo de
monia: eicient linguis loquẽtur
nouis, serpentes tollent. Et si mor
tiferum quid biberint: non eis
nocebit. Super egros manus
imponent: et bene habebunt. Et

dominus quidem iesus postquam
locutus est eis: assumptus est in
celum. et sedit a dextris dei. Illi
autem profecti predicauerunt ubi
qz domino cooperante et sermonē
confirmante: sequentibus signis.
Dicat᷑. Credo in unũ dñ. Offer.
Viri galilei quid admira
mini aspicientes in celum.
hic iesus qui assumptus est a vobis
in celum sic veniet quemadmodũ
vidistis eum ascendentem in celũ
alleluya. Secreta.
Suscipe domine mu
nera que pro filij tui

glorioſa aſcenſione deferimus:
et concede propicius ut et a pre
ſentibus periculis liberemur. et
ad vitam perveniamus eternā.
Per eundem dominum noſtrū
ieſum chriſtum filium tuū. qui
tecum vivit et regnat in unitate
eiuſdem ſpiritus ſancti deus.

Per chriſtum Prefatio.
dn̄m nr̄m. Qui poſt re
ſurrectionem ſuam omnibus
diſcipulis Infra act'

Communicantes et di
em ſacratiſſimum ce
lebrantes quo dominus

noster vnigenitus filius tuus vni
tam sibi fragilitatis nostre substã
tiam, in glorie tue dextera colloca
uit. Sed et memoriam veneran
tes in primis gloriose semper vir
ginis marie genitricis eiusdem
dei et domini nostri iesu christi.
Sed et beator.
Adiutorium nostrum ĩ no
mine domini. Qui fecit
celum. Sit nomen domini bene
dictum. Ex hoc nũc. Bñdictio.
Benedicat vos omnipo
tens deus. cuius vni
genitus hodierna die

celorum alta penetrauit: et vobis
ubi ille est ascendendi aditum
patefecit. Amen.
Concedat propicius ut sicut
post resurrectionem suam disci
pulis suis visus est manifestus:
ita vobis in iudicium veniens
videatur placitus. Amen.
Et qui eum consedere patri in
sua maiestate creditis. vobiscum
manere usqz in finem seculi secu
dum promissionem sentiatis.
Amen.
Quod ipse prestare digne
tur. cuius regnum et imperi

uum ſine fine permanet in ſecula
ſeculorum. Amen.
Benedictio dei omnipoten
tis, pa ✠ tris, et fi ✠ lij,
et ſpiritus ✠ ſancti ſuper vos
deſcendat. Amen. Cōmunio.
Pſallite domino qui aſcen
dit ſuper celos celorum
ad orientem alleluya. Poſt cōio.
Preſta nobis omnipo
tens et miſericors de
us: ut que viſibilibus
myſterijs ſumenda percepimus
inuiſibili conſequamur effectu.
Per dominum noſtrum ieſu

christum filium tuum. Qui te
cum viuit et regnat in vnitate
eiuſdem ſpiritus ſancti deus. Per
omnia ſecula ſeculorum.

Dominus vobiſcum. Et cum
ſpũ. Ite miſſa eſt. Deo grãs.

In die penthecoſtes. Introitus.



Spiritus
domini re
pleuit or
bem terra
rum alle
luya et hoc
quod continet omnia ſcientiam

habet vocis alleluya alleluya alle
luya. ps. Exurgat deus et dissi
pentur inimici eius: et fugiant
qui oderunt eum a facie eius.
Intr. Spiritus. ps. Confir
ma hoc deus quod operatus es in
nobis. a templo tuo quod est in
hierusalem tibi offerent reges mu
nera. Intr. Spiritus. Ps.
Gloria patri et filio et spiritui
sancto. Sicut erat in principio
et nunc et semper: et in secula se
culorum amen. Intr. Spus.
Kyrie eleison. iij. Christe e
leyson. iij. Kyrie eleis. iij.

Gloria in excelſis deo.
Pax vobis. Et cū ſp̄. Collecta.

Deus qui hodierna die corda fidelium ſcti ſpiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere, et de eius ſemper conſolatione gaudere. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum. qui tecum vivit et regnat in unitate eiuſdem ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Lectio actuum apoſtolorum.

In diebus illis: Cum
complerentur dies pen
thecostes: erant omnes
discipuli pariter in eodem loco.
Et factus est repente de celo sonus
tanquam advenientis spiritus
vehementis: et repleuit totam
domum ubi erant sedentes. Et
apparuerunt illis dispertite lin
gue tanquam ignis: seditque su
pra singulos eorum. Et reple
ti sunt omnes spiritu sancto: et
ceperunt loqui variis linguis.
prout spiritus sanctus dabat
eloqui illis. Erant autem in

hierusalem habitantes iudei vi
ri religiosi: ex omni natione
que sub celo est. Facta autem
hac voce. conuenit multitudo et
mente confusa est: quoniam
audiebat vnusquisqȝ lingua
sua illos loquentes. Stupe
bant autem omnes: et mirabā
tur dicentes. Nonne ecce omnes
isti qui loquuntur galilei sunt?
Et quomodo nos audiuimus
vnusquisqȝ linguam nostram.
in qua nati sumus: Parthi
et medi: et elamite, et qui habi
tant mesopotamiam, iudeam.

et capadociam.

et capadotiam: ponthum et aſiā,
phrigiam, et pamphiliam, egy
ptum et partes libie, que eſt circa
cyrenen, et advene romani. iu
dei quoqꝫ et proſeliti, cretes et ara
bes: audiuimus eos loquētes
noſtris linguis: magnalia dei.

Alleluya. ℣. Veni ℟.
ſancte ſpiritus reple tuoꝝ
corda fidelium et tui amoris in
eis ignem accende. ℟.

Alleluya. ℣. Paraclitus
ſpiritus ſanctus quem
mittet pater in nomine meo. ille
vos docebit omnem veritatem.

SAncti ſpirit' Proſa.
aſſit nobis gratia.
Que corda noſtra ſi
bi faciat habitacula. Expulſis
inde cunctis vicijs ſpiritalibus.
Spiritus alme illuſtrator homi
num. Horridas noſtre mentis
purga tenebras. Amator ſancte
ſenſatorum ſemper cogitatuum.
Infunde unctionem tuam cle
mens noſtris ſenſibus. Tu pu
rificator omnium flagitiorum
ſpiritus. Purifica noſtri oculũ
interioris hominis. Ut videri
ſupremus genitor poſſit a nobis.

Mundi cordis quem ſoli cerne-
re poſſunt oculi. Prophetas tu
inſpiraſti ut preconia chriſti pre-
cinuiſſent inclyta. Apoſtolos
confortaſti uti tropheum chriſti per
totum mundum veherent. Quã-
do machinam per verbum ſuum
fecit deus celi terre marium. Tu
ſuper aquas foturus eas numen
tuum expandiſti ſpiritus. Tu
animabus vivificandis aquas
fecundas. Tu aſpirando das ſpi-
ritales eſſe homines. Tu diviſiſti
per linguas mundum et ritus
adunaſti domine. Idolatras ad

cultum dei reuocas magistrorū optime. Ergo nos supplicantes tibi exaudi propicius sancte spiritus. Sine quo preces omnes casse creduntur et indigne dei auribus. Tu qui omnium seculorū sanctos tui numinis docuisti instinctu amplectende spiritus. Ipse hodie apostolos christi donans munere insolito et cunctis inaudito seculis. Hunc diem gloriosum fecisti. Amen.

Sequentia sancti euangelij: Secundum Joannem.

In illo tempore: Dixit
iesus discipulis suis.
Si quis diligit me:
sermonem meum seruabit. Et
pater meus diliget eum: et ad eũ
veniemus: et mansionem apud
eum faciemus. Qui non dili
git me: sermones meos non ser
uat. Et sermonem quem audi
stis non est meus: sed eius qui
misit me patris. Hec locutus sũ
vobis: apud vos manens. Pa
raclitus autem spiritus sanctus
quem mittet pater in noĩe meo: il
le vos docebit omnia: et suggeret

vobis omnia quecunqꝫ dixero vo
bis. Pacem relinquo vobis: pa
cem meam do vobis. Non quo
modo mundus dat: ego do vobis.
Non turbetur coꝛ vestrum: neqꝫ
foꝛmidet. Audistis quia ego dixi
vobis: vado et venio ad vos. Si
diligeretis me gauderetis vtiqꝫ:
quia vado ad patrem: quia pater
maioꝛ me est. Et nunc dixi vo
bis priusquam fiat: ut cum fa
ctum fuerit credatis. Iam non
multa loquar vobiscum. Ve
nit enim princeps mundi huius:
et in me non habet quicquã. Sed

ut cognoſcat mundus. quia di
ligo patrem: et ſicut mandatum
dedit mihi pater: ſic facio.

Credo in unum deū. Offr̄.

Confirma hoc deus quod
operatus es in nobis. a tem
plo tuo quod eſt in hieruſalem ti
bi offerent reges munera. alleluya.

Secreta.

Munera queſumus
domine oblata ſancti
fica: et corda noſtra ſancti ſpiri
tus illuſtratione emunda. Per
dominum noſtrum ieſum chri
ſtum filium tuum. qui tecum

viuit et regnat in vnitate eiuſdem
ſpiritus ſancti deus. Prefatio.
Qui aſcendens ſuper omnes ce
los. Infra actionem.
Communicantes et diē
ſacratiſſimum pente
coſtem celebrantes. quo ſpiritus
ſanctus apoſtolis in igneis lin
guis apparuit. Sed et memo
riam venerantes: in primis glori
oſe ſemperqꝫ virginis marie ge
nitricis eiuſdē dei. Infra actionē.
Hanc igitur oblationē
ſeruitutis noſtre ſed
et cuncte familie tue

quam tibi offerimus. pro his
quoqꝫ quos regenerare digna
tus es ex aqua et ſpiritu ſancto.
tribuens eis remiſſionem omni
um peccatorum. Queſumus
domine ut placatus accipias:
dieſqꝫ noſtros.

Adiutorium noſtrum in
nomine domini. Qui fe
cit cel. Sit nomen domini be
nedictum. Ex hoc. Bn̄dictio.

Deus qui hodierna die
diſcipulorum mentes
ſpiritus paraclyti in
fuſione dignatus eſt illuſtrare.

faciat vos sua benedictione reple
ri: et eiusdem spiritus donis exu
berare. Amen.
Ille ignis qui super discipu
los apparuit, peccatorum vestro
rum sordes expurget: et sui lu
minis infusione corda vestra pu
rificet. Amen.
Quiq; dignatus est diuersita
tem linguarum in vnius fidei
confessione adunare: in eadem
vos faciat fide perseuerare. et per
hanc a spe ad speciē peruenire. Amen.
Quod ipse prestare digne
tur. cuius regnum et im

perium sine fine permanet in secu
la seculorum. Amen.
Benedictio dei omnipoten
tis pa ✠ tris, et fi ✠ lii,
et spiritus ✠ sancti super vos de
scendat. Amen. Oratio.
Factus est repente de celo so
nus advenientis spiritus
vehementis, ubi erant sedentes alle
luya. et repleti sunt omnes spiri
tu sancto loquentes magnalia
dei alleluya alleluya. Post oratio.
Sancti spiritus domine
corda nostra mundet
infusio: et sui roris iti

ma

ma aſperſione fecundet. Per do
minum noſtrum ieſum chriſtũ
filium tuum. Qui tecum viuit
et regnat in vnitate eiuſdem ſpi
ritus ſancti deus. Per omnia
ſecula ſeculorum. Dñs vobiſcũ.
Et cũ ſpũ. Ite miſſa eſt.

In die ſanctiſſimi ſacramẽti. Intr.



Go ſum
panis vi
uus qui de
celo deſcen
dit. ſi quis
manduca
uerit ex hoc pane viuet in eternũ

et panis quem ego dabo caro me
a eſt pro mundi vita. ps. P a
nis enim verus eſt qui de celo de
ſcendit: et dat vitam mundo.
Intr. E go ſum. ps. G loria pa
tri et filio et ſpiritui ſancto. S i
cut erat in principio et nunc et ſem
per et in ſecula ſeculorum amen.
Introitus. E go ſum.
K yrie eleiſon. iij. C hriſte
eleiſon. iij. K yrie el. iij.
G loria i excelſis deo. P ax vob.
E t cũ ſpũ. Collecta.
D Eus qui nobis ſub ſa
cramento mirabili paſ

ſionis tue memoriam reliquiſti:
tribue queſumus. ita nos corpo
ris et ſanguinis tui ſacra myſte
ria venerari: ut redemptionis
tue fructum in nobis iugiter ſen
tiamus. Qui viuis et regnas
cum deo patre in vnitate ſpiritus
ſancti deus. Per omnia ſecula
ſeculorum.

Lectio epiſtole beati pauli apoſto
li: Ad corinthios.

Fratres. Ego accepi
a domino quod et tra
didi vobis: quoniam dominus
noſter ieſus chriſtus in qua nocte

tradebatur accepit panem: et gra
tias agens fregit et dixit. Accipite
et manducate: hoc eſt corpus meū
quod pro vobis tradetur. Hoc fa
cite: in meam commemoratione͂.
Similiter et calicem: poſtquam
cenauit dicens. Hic calix nouum
teſtamentum: eſt in meo ſangui
ne. Hoc facite quotieſcumqꝫ ſume
tis: in meam commemoratione͂.
Quotienſcumqꝫ enim manduca
ueritis panem hunc et calicem bi
betis: mortem domini annuncia
bitis donec veniat. Itaqꝫ quicumqꝫ
manducauerit hunc panem: et

biberit

biberit calicem domini indigne:
reus erit corporis et sanguinis
domini. Probet autem seipsū
homo: et sic de pane illo edat et
de calice bibat. Qui enim man
ducat et bibit indigne: iudiciū
sibi manducat et bibit: non di
iudicans corpus domini. grad.
Nisi manducaveritis carnē
filij hominis et biberitis
eius sanguinem non habebitis
vitam in vobis. v. Qui man
ducat meam carnem et bibit me
um sanguinem habet vitam eter
nam.

Alleluya

Alleluya. ℣. Caro mea
vere est cibus et sanguis
meus vere est potus qui mandu-
cat meam carnem et bibit meum
sanguinem in me manet et ego
in eo. Prosa.
Lauda syon salvatorē
lauda ducem et pasto-
rem. in hymnis et canticis.
Quantum potes tantum aude,
qz maioꝛ ōni laude: nec laudare
sufficis. Laudis thema specia-
lis: panis vivus et vitalis hodie
proponitur. Quem in sacre mē-
sa cene, turbe fratrum duodene

datum non ambigitur. Sit
laus plena ſit ſonora. ſit iocun
da ſit decora: mentis iubilatio.
Dies enim ſolemnis agitur in
qua menſe prima recolitur huius
inſtitutio. In hac menſa no
vi regis novum paſcha nove le
gis, phaſe vetus terminat. Ve
tuſtatem novitas, umbram fu
gat veritas: noctem lux illumi
nat. Quod in cena chriſtus geſ
ſit: faciendum hoc expreſſit, in
ſui memoriam. Docti ſacris
inſtitutis, panem vinum in ſa
lutis: conſecramus hoſtiam.

Dogma datur christianis, quod
in carnem tranſit panis, et vinū
in ſanguinem. Quod non ca-
pis quod non vides animoſa fir-
mat fides, preter rerum ordinem.
Sub diverſis ſpeciebus, ſignis
tantum et non rebus, latent res
eximie. Caro cibus ſanguis
potus manet tamen christus to-
tus, ſub utraqꝫ ſpecie. A ſumen-
te non conciſus: non confractus
non diviſus, integer accipitur.
Sumit unus ſumunt mille:
quantum iſti tantum ille, nec
ſumptus conſumitur. Su-

munt boni ſumunt mali: ſorte
tamen inequali vite vel interi-
tus. Mors eſt malis vita bonis:
vide paris ſumptionis, quam ſit
diſpar exitus. Fracto demū ſa-
cramento, ne vacilles ſed memē-
to: tantum eſſe ſub fragmento,
quantum toto tegitur. Nulla
rei fit ſciſſura, ſigni tantum fit
fractura: qua nec ſtatus nec ſta-
tura, ſignati minuitur. Ecce
panis angelorum, factus cibus
viatorum vere panis filiorum,
non mittendus canibus. In
figuris preſignatur: cum iſaac

immolatur agnus paſche deputatur, datur manna patribus.

Bone paſtor panis vere, ieſu noſtri miſerere: tu nos paſce nos tuere, tu nos bona fac videre: in terra viventium. Tu qui cuncta ſcis et vales: qui nos paſcis hic mortales, nos ibi commenſales: coheredes et ſodales: fac ſanctorum civium. Amen.

Sequentia ſancti euangelij: ſecundum Joannem

In illo tempore. Dixit dominus ieſus diſcipulis ſuis et turbis iudeorum.

Caro mea vere eſt cibus: et ſan
guis meus vere eſt potus. Qui
manducat meam carnem et bi
bit meum ſanguinem: in me ma
net ego in eo. Sicut miſit me vi
uens pater: et ego viuo propter
patrem. Et qui manducat me et
ipſe viuet propter me. Hic eſt pa
nis: qui de celo deſcendit. Non ſi
cut manducauerunt patres veſtri
manna: et mortui ſunt. Qui
manducat hunc panem: viuet i
eternum. Cr. Credo i vnu d. Offr.
Sacerdotes incenſum domi
ni et panem offerunt deo

et ideo sancti erunt deo suo sui et
non polluent nomen eius alle
luya. Secreta.
Ecclesie tue quesumus
domine vnitatis et pa
cis propicius dona cõ
cede: que sub oblatis muneribus
mystice designantur. Per do
minum nostrum iesum christũ
filium tuum. qui tecum viuit
et regnat in vnitate spiritus san
cti deus. Prefatio. Quia p
incarnati verbi mysteriũ.
Adiutorium nostrum in
nomine domini. Qui fe

Sit nomen domini benedictũ.
Ex hoc nunc et uſq;: Bñdictio.
Benedicat vos deus.
qui ſub ſacramento
mirabili paſſionis
vnigeniti fili ſui memoriam
reliquit. concedatq; vobis eiuſ
dem corporis et ſanguinis ſa
cra myſteria venerari. ut redem
ptionis ſue fructus iugiter in
vobis perſeueret. Amen.
Et qui ad celebrandam redẽ
ptoris noſtri ineffabilis corpo
ris et ſanguinis ſacramenti
cene memoriam. mente deuota

conueniſtis eternarum dapiũ
epulas reportetis. Amen.
Ipſius quoqꝫ opitulante
clementia. mundemini a ſordi
bus peccatorum: ut digni hoc
ſacratiſſimum frequentetis my-
ſterium. et ad regalem cenam
citius peruenire valeatis. Amẽ.
Quod ipſe preſtare digne-
tur. cuius regnum et im-
perium ſine fine permanet in ſe
cula ſeculorum. Amen.
Benedictio dei omnipoten
tis pa ✠ tris, et fi ✠ lij,
et ſpiritus ✠ ſancti ſuper vos


descendat. Amen. Coīo.

Quotienscunqȝ mandu
cabitis panem hunc et
calicem bibetis mortem domini
annunciabitis donec veniat ita
qȝ quicunqȝ manducaverit pa
nem vel biberit calicem domini
indigne reus erit corporis et san
guinis domini alleluya. p^{9}co.


Fac nos q̄s dñe divini
tatis tue sēpiterna fru
itione repleri: quā pre
ciosi corporis et sanguinis tui tēpo
ralis perceptio p̄figurat. Qui viv^{9}
et regnas cū deo patre ī unitate sp̄s
sancti deus. Per oīa sclā sclōr.



GLo ꝛi a in excelsis de o.




GLo ꝛia in excelsis de o.



GLoꝛia in excelsis deo.

Et in terra pax hominibus bone
voluntatis. Laudamus te. Be
nedicimus te. Adoꝛamus te.
Gloꝛificamus te. Gratias agi
mus tibi propter magnam gloꝛiā
tuam. Domine deus rex celestis

Deus pater omnipotens. Dñe fi
li unigenite ieſu chriſte. Dñe deus
agnus dei filius patris. Qui tol
lis peccata mundi miſerere nobis.
Qui tollis peccata mundi. ſuſcipe
deprecationem noſtram. Qui ſe
des ad dexteram patris miſerere no
bis. Quoniã tu ſolus ſanctus.
Tu ſolus dominus. Tu ſolus
altiſſimus ieſu chriſte. Cum ſctõ
ſpiritu in gloriam dei patris. Amẽ.



CRedo in unum deum.
Patrẽ omnipotentẽ. Factorem

celi et terre. Visibiliũ oĩz et inuisibi
lium. Et in vnum dñm iesũ xp̃z.
filiũ dei vnigenitũ. Et ex patre na
tũ. ante omnia secula. Deũ de deo
lumen de lumine deum verũ de deo
vero. Genitum non factũ cõsub
stantialẽ patri. per quẽ oĩa facta sũt.
Qui propter nos homines et pro
pter nr̃am salutem descendit de cel'.
Et incarnatus est de spũ sctõ ex
maria virgine. Et homo factus
est. Crucifixus etiam pro nobis
sub pontio pylato. passus et sepul
tus ẽ. Et resurrexit tercia die secũ
dũ scripturas. Et ascendit ĩ celũ

ſedet ad dexteram patris. et iterum
venturus eſt cum gloria iudicare vi
uos et mortuos. cuius regni non erit
finis. Et in ſpiritum ſanctum dominum et
viuificantem. qui ex patre filioque
procedit. Qui cum patre et filio
ſimul adoratur et conglorificatur.
qui locutus eſt per prophetas. Et
vnam ſanctam catholicam et apo
ſtolicam eccleſiam. Confiteor
vnum baptiſma in remiſſionem
peccatorum. Et expecto reſurre
ctionem mortuorum. Et vitam
venturi ſeculi. Amen.

Prefatio communis.


Per omnia ſecula ſecu
lorum. Amen. Dominus
vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo.
Surſum corda. Habemus
ad dominum. Grati as aga


mus domino deo noſtro. Di
gnum et iuſtum eſt.
Vere dignum et iuſtuz
eſt. equum et ſalutare. Nos tibi
ſemper et ubiqꝫ gratias agere.


Domine sancte. pater omnipo
tens eterne de us. per christum do
minum nostrum. Per quem
maiestatem tuam laudant ange
li. adorant dominati ones. tremũt


potestates. Celi celorumque virtu
tes: ac beata seraphim socia exulta
tione concelebrant. Cum quibus
et nostras voces, ut admitti iubeas
deprecamur supplici confessione

dicentes In natiuitate domini.

Eterne de us.

Quia per in-

carnati verbi mysterium: noua men-

tis nostre oculis lux tue claritatis


infulſit. V t dum viſibiliter de
um cognoſcimus per hunc ĩ inui
ſibilium amorem rapiamur. E t
ideo cum angelis et archangelis
cum thronis et dominationibus.

C ũqꝫ omni militia celeſtis exer

citus hymnum glorie tue canimus

ſine ſine dicentes. De epyphania.

T Eterne de us. Q uia

cum vnigenitus tuus in ſubſtãtia


nostre mortalitatis apparuit. in no
ua nos immortalitatis sue lucere
parauit. Et ideo. In xl.
pater de celi de
miserere nobis
Eterne deus. Qui cor
porali ieiunio vicia comprimis men


tem eleuas virtutem largiris et pre

mia. per christum dominum nr̄m.


er quē maiestatē. De pascha.

E quum et


salutare.




Te quidem domine omni tempore:




ſed in hac potiſſimum die glorioſius



predicare. cum paſcha noſtrum īmo-




latus eſt chriſtus. Ipſe enim verus



eſt agnus. qui abſtulit peccata mūdi.

Qui mortem nostram moriendo destruxit. et vitam resurgendo repara uit. A tide o. A ii ãg. De ascẽtiõe.

T Per christum dominum nostrum. Qui post resurrectionem



Per chriſtum.


Per chriſtũ

dominũ nr̃m.

Qui aſcendens ſuper omnes celos.

ſedenſqȝ ad dexteram tui aũ. promiſ

ſum ſpiritum ſanctũ hodierna die in


filios adoptionis effudit. Quapro
pter profuſis gaudijs totus ī orbe ter
rarū mundus exultat. ſed et ſuper
ne virtutes atqꝫ angelice poteſtates.
hymnum glorie tue concinunt. ſi

ne ſine dicentes. De ſctā trinitate.

TE eterne deus. Qui cū

unigenito filio tuo. et ſpiritu ſācto

unus es deus. unus es dominus.

Non in unius ſingularitate per

ſone: ſed in vnius trinitate ſubſtan
tie. Quod enim de tua gloria reue
lante te credimus. hoc de filio tuo.
hoc de ſpiritu ſancto. ſine differentie
diſcretione ſentimus. Et in confeſ


sione vere sempiterneqꝫ dei tatis. et in
personis propri etas. et in essentia
unitas. et in maiestate adoretur e
qualitas. Quam laudant angeli.
adorant dominati ones tremunt

potestates. Celi celoꝝqz. De cruce.

Eterne de us. Qui sa
lutem humani generis in ligno cru
cis constitu isti. ut unde mors orie
batur inde vita resurgeret. et qui in

ligno vincebat. in ligno quoqz vin

ceretur. per chri stum dominum no

strum. Per quem maiestatem tu

am laudant angeli. De btā maria.



E terne de us. E t tern

b 4.

veneratione beate marie ſemper virgi

nis exultantibus animis collauda

re. benedicere et predicare. Que et

vnigenitum tuum ſancti ſpiritus

obumbratione concepit. et virgini

tatis gloria permanente huic mundo

lumen eternum effudit. ieſum chri

ſtum dominum noſtrum. Per quē

maieſtatem tuam laud. De apoſtol.

T E quum et ſalutare.

Te domine ſuppliciter exorare. ut

gregem tuum paſtor eterne non de

ſeras. ſed per beatos apoſtolos tuos

continua protectione cuſtodias.

Et eiſdem rectoribus gubernetur.


quos operis tui vicarios eisdem con

tulisti preesse pastores. Et ideo cū

angelis et archangelis. cum thronis

et dominationibus. Cūq; omni

militia celestis exercitus. hymnum



glorie tue canimus. sine fine dicētes.



Sanctus. Sanctus. Sāctus.

Bñdictio lecturi euāgel:

Iube dñe bñdicere. Dñs sit in corde tuo. et in labi is tuis. ad ānunciādū sanctū euāgeliū suū in salutem credētiū. In noīe p̄ris + filij + spūs sancti. Amen.

Benedictio Incensi.

Incensum istud ab omnipo tēti deo bñdicā. i cuius honore igne

crematur. In noīe p̄ris et filij ⁊ spūs
scti. Amen. Dirigatur dn̄e orō
mea. Sicut incensum ī cōspectu
tuo. Eleuatio manuū mearū sacri
ficiū vespertinū. Pone dn̄e custo
diā ori meo. et ostiū circūstātie labijs
meis. Non declines cor meum ī ver
ba malicie. ad excusandas excusatio
nes in peccatis. Sacerdos canonē
ingressus dicat.

In spiritu humilitatis et ani
mo cōtrito suscipiamur dn̄e ad te ⁊
sic fiat sacrificiū nr̄m ut a te suscipi
atur hodie. et placeat tibi dn̄e deus.
Orate pro me oēs scti ⁊ scē dei.

Orate pro me fratres et ſorores et
ego pro vobis ut meum pariter et ve
ſtrū acceptabile fiat in conſpectu
dei ſacrificium. Item.

Deus inuiſibilis ſanctificator
ſanctifica hoc ſacrificium lau
dis quod tibi preparatum eſt. Per
chriſtum dñm nr̃m. amen. Oro.

Suſcipe confeſſionē meā uni
ca ſpes ſalutis mee d̄s m̄s. q̄a
gula. ebrietate. fornicatione. libidi
ne. triſticia. ira. accidia. ſōnolenti
a. negligētia. cupiditate. inuidia
malicia. odio. detractione. periurio.
falſitate. mendacio. vana gloria. le

uitate. ac ſuperbia. et omnino cogi
tatione. locutione. actione. atqꝫ oībꝫ
ſenſibꝫ pene extinctus ſū. Qui iuſti
ficas impios. et viuificas mortuos.
iuſtifica me et reſuſcita me domine
deus meus. Oratio.

Domine deus omīps qui es
trinus et vnus. q̄ es ſēper
in omnibus. et eras ante oīa. et eris
per oīa deus benedictus in ſecula. cō
mendo animam meā in manus potē
tie tue. diebus ac noctibus horis atqꝫ
momētis. Exaudi me dn̄e per oratio
nes patriarcharū. per merita prophe
tarū. per ſuffragia aploꝝ. per victorias

martyrum. per fidem confeſſorum. per
caſtitatem virginum. et per ītercessio
nem oīʒ ſctōꝝ q̄ tibi placuerūt ab ini
tio mundi. Expelle dn̄e a me iactātiā
mentis et auge compūctionē cordis.
Minue ſuperbiā meam. et perfice in
me humilitatē verā. Suſcita me in
fletū. mollifica cor meū durum et la
pideū. Libera dn̄e animā meā ab in
ſidiis inimici. et conſerua me ī volun
tate tua. Doce me dn̄e volūtatē tuā
facere. quia d̄s m̄s es tu. Da m̄i dn̄e
ſenſū perfectū. et ītellectum. ū ītellige
re valeā profundā benignitatē tuam.
Illud da m̄i petere. qđ te audire delectet.

Da m̄ lachrymas ex tuo affectu. q̄ pec
catorū meoꝝ possint diluere sordes.
Audi deus m̄s. audi lumē oculoꝝ
meoꝝ. audi q̄ peto et da petenti. Si
despicias pereo. Si respicias viuo. Si
iusticiam meā requiris. mortuus fe
teo. Si cū misericordia respexeris. fe
tētē resuscitas de sepulchro. Qđ ī me
odis longe fac a me et castitatis ac cō
tinētie spm̄ insere in me. Hoc ī quā
da petere. ut petendo non offendam.
Tolle de me quod nocet. et presta qđ
mea vulnera curare possit. Da m̄ do
mine timorē tuū. cordis compūctio
nē. mētis humilitatē. et cōsciētiam

purā. Preſta michi dñe ut fraternā cari
tatē ſēper teneā. mala obliuiſcar alie
na. nec requirā. Parce dñe anime
mee. parce malis meis. parce factis
ac pctīs atqꝫ criminibꝫ meis. Viſi
ta īfirmū. cura egrotū. Sana lan
guētē. Da cor quod te timeat. ſenſum
qui te ītelligat. oculos qui te videāt.
aures q̄ te audiāt. nares q̄ odorem tu
ū ſuſcipiāt. Miſerere mei ds. miſerere
mei. et reſpice de ſede ſctā maieſtatis
tue. et tenebras cordis mei. radio ſplē
doris tui illumina. A te dñe peto re
miſſionem peccatorū. a quo et p quē
omnis propiciatio. tēpore neceſſitat'

mee et angustie. Sancta et ĩmacu
lata virgo maria. genitrix dñi mei ie
su christi. intervenire digneris pro me
ad illum cui meruisti effici tẽplum.
Sancte michael. sãcte gabriel. sãcte
raphael. Sancte chorus ãgelorũ. ar
chãgelorũ. patriarcharũ. prophetarũ.
aploꝝ. martyꝝ. cõfessoꝝ. virginum.
sacerdotum. levitarum. monachoꝝ.
oĩm iustoꝝ. per illũ qui vos elegit. et
de cuius contemplatione gaudetis.
rogare vos presumo. ut pro me culpa
bili dño supplicare dignemini. qua
tinus de faucibus diaboli. et de morte
perpetua merear liberari. Largiri di

gneris domine michi perpetuam
vitam. per ſanctam clementiam
ac benigniſſimam tuam miſericor
cordiam. concordiam ſacerdotibus.
regibus terre et vniuerſis principi
bus tranquillitatem et pacem.
Pro domine pro vniuerſa ſācta
eccleſia catholica. pro viris et
feminis. et omnibus rectoribus
qui pro tuo ſancto nomine labo
rant ut perſeuerentiam boni operis
optineant. Preſta domine virgi
nibus caſtitatem deo dicatis ſiue de
uotis continentiam. coniugatis ſā
ctimoniam. penitentibus indulgē

tiam. viduis et orphanis ſuſtentatio
nem. pauperibus protectionem. pere
grinantibus reditum. lugentibus
conſolationem. defunctis veniam.
nauigantibus portum. bonis ut in
bonitate conſiſtant. mediocribus ut
meliores fiant. praue agentibus ut
cito ſe corrigant. Quia autem iter
omnes et ſuper omnes et per omnia
me nimium peccatorem conſidero.
tu clementiſſime qui omnium miſe
reris. non me patiaris a tua miſeri
cordia fieri alienum. Sed tu qui
indutias viuendi preſtas. corrigendi
deuotionem concedas. Excita in me

mentem que te requirat. te deſideret.
teqꝫ per omnia pre omnibus amet.
te timeat. tuam voluntatem faciat.
Precipue deprecor. ut eos qui mei
memoriam habent in orationibus
ſuis. et qui ſe indignis precibus meis
commendaverunt. et qui michi ali
quod charitatis officium impende
runt. ſeu et illos qui compaſſionis
ac conſanguinitatis affectu ſunt
propinqui. tam ipſos domine qui
nunc conſiſtunt in corpore. quam il
los qui teguntur in funere. miſericor
diter gubernare digneris ne pereant.
Necnon et illud magnopere ſuppli

co. ut cum dies mortis mee aduene
rit. tu ipſe qui es iuſtus iudex. con
tra accuſatorem fias meus defẽſor
qui es benedictus in ſecula ſeculo
rum Amen.

Deus humanitatis ama
tor. qui es omnium do
minator. fac nos purificando di
gne operari in ſancta hora iſta. ut e
mundatos ab omni dolo et ſimula
tione ſuſcipias nos inuicem in ſan
cto dilectionis oſculo. in quo manet
vera pacificatio et charitatis. vnita
tiſqꝫ coniunctio. Amen.

Oratio cũ ſacerdos multũ timet ne

officium altaris qd gerit magis n
noceat quam proficiat et qd cõſili
um inde capiat.

Dulciſſime et benigniſſi
me domine Jeſu chriſte al
tiſſimi patris altiſſime
fili qui cum eodem patre tuo et ſpiri
tu ſancto vniũſitatis creator exiſtis.
cui nota ſunt omnia antequam fi
ant. tu noſti inſipientiam meam.
noſti etiam quam infirma ſit et fra
gilis anima mea: et eius peccata atqz
delicta a te non ſunt abſcondita. Te
vero creatorem meum eſſe recogno
ſco: et omnia que mihi ad preſentis

vite neceſſitatem ſuſtentandam ne
ceſſaria ſunt adminiſtrare fateor.
Feciſti ergo me cum tibi placuit:
et tamdiu in hac vita ero quamdiu ti
bi placuerit: nec quouſque tibi place
at. ulla vis me hinc expellere pote
rit. Et quia de hac re certiſſimus
ſum quod ita ſit: hoc ſuper omnia im
menſam bonitatem tuam deprecor:
ut qualitercumque mihi eveniat dum
vivo ſaltem de me bonus ſit finis:
omnibuſque iniquitatibus meis per
veram penitentiam dimiſſis. ad vi
ſionis tue gloriam pervenire valeam
propter quam me creaſti. Fateor dul

ciſſime domine Jeſu quia omnia
bona que habeo mihi dediſti et quia
propter hoc ea mihi dediſti . ut te ſicut
dignum eſſet ſuper omnia dilige
rem . omnia que tibi placent cum
magna voluntate facerem : ea vero
que tibi diſplicent nullomodo au
derem facere . Sed inter cetera bona
que mihi de ſeruitio tuo precepiſti .
neſcio quo occulto iudicio tuo mihi
onus ſacerdotij imponi permiſiſti .
Quod ſeruitium cum diligenter in
tueor quanta reuerentia agendum
ſit . et quam pura conſcientia et ab
omni contagione peccati munda

debet eſſe mens que tam terrificum
myſterium ſuſcipit tractandum. et
cum ex altera parte non minori dili
gentia reſpicio quis ſum ego qui
hoc tractare audeo: non parum de
preſumptione mea formido. et vehe
mentiſſime timeo. ne ad maius in
dicium maioriſque iudicij dampnatio
nem mihi ſit. quod ad tam dignam
rem tam indignus accedere audeo.

Scio certe. nec de hac re ullo mo
do dubito. quia ſi ita viuerem.
ſicut ille viuere debet qui hoc myſte
rium agit: nullum ſeruitium dei
facere poſſem. quod ſic mihi profi

cuo eſſet et ſaluti. Sed ſicut mihi
proficuum eſſet. ſi vita digna exiſte
ret: ita maius periculum et maior
damnatio infirme anime et pecca
tis ſuis onerate imminet: que tam
dignam rem indigna tractare au
det. Vere ita eſt et pluſquam dici
poſſit. iſta res utilis eſt: et ſalubris
bono ſacerdoti: et pluſquam dici
poſſit periculoſa eſt hanc indigne
tractanti. Quid ergo faciet dulciſſi
me domine Jeſu hic tuus ſacerdos.
immo hic peccator: quid faciet hu
ius tui ſeruitij onere grauatus?
Nimis enim ſum incertus. quid

mihi ſit utilius. dimittere an face
re. Sed tamen ſi ex toto dimitto:
tunc rurſus nimis pertimeſco. ne
ſub huius formidinis occaſione
multa mala multaqꝫ peccata audeā
inchoare: vel etiam perpetrare: que
propter huius formidinem prius
non audebam vel cogitare. Fateor
quippe multotiens cum ad huius
officij ſeruitium me preparo. et de
malis que me feciſſe recognoſco. an
guſtius et diſtrictius intra me doleo:
et eas que tunc perturbant vanas co
gitationes. malaſqꝫ delectationes
expeditius reſpuo: et poſt peractum

ſeruitium multa mala atqꝫ peccata
que iterum inſurgunt propter eiuſ
dem ſeruitij formidinem timidius
recipio. Cum hoc ita euenit. de eiuſ
dem ſeruitij preſumptione aliquā
conſolationem habeo: quia propter
illius reuerentie timorem aliquan
tulum a peccatis me ceſſare intelli
go. Sed o mitiſſime et miſeri
cordiſſime Ieſu. ut tu perſpicis. ita
eſt ſepius cor meum omni malicia
plenum. omnium iniquitatum
tenebris obcecatum: ut omnes haſ
formidines poſtponens. ſcienterqꝫ
tuas preceptiones contemnens re

luti torrens qui omnes fetores in ſe
decurrentes ſecum trahit et modo
ſurſum modo deorſum ſecum vol
uit. cor meum cum miſera ani
ma mea omnes immunditias car
nalium delectationum recipiat, et
quaſi porcus in ceno ſeipſam in
eaſdem immundicias voluat et re
uoluat.

Fateor o miſericordiſſime ie
ſu coram maieſtate tua ini
quitates meas. fateor immaniſſi
mas ſuperbias et ſordidas cogita
tiones meas: quas abiecto timo
re tuo infeliciter intus amplectitur

infelix anima mea. Et tu vides
clementiſſime domine Jeſu. ut tu
vides ſepius et ſepius ita facio: et
in tam ſordido vaſe vel potius in
tam ſordido corde corpus tuum et
ſanguinem ſuſcipio. Verum di
co. nō mihi parco: ſed multoties
plenus peccatis et iniquitatibus
ad ſeruitium tui altaris accedo: vn
de multum formido q̄ magis ad
perniciem quam ad ſalutem mihi
ſit hec preſumptio. q̄ ſic fetens et pu
tris tam munda ſacramenta contin
gere preſumo. Modo veniat aliquis
fidelis qui ſpiritu dei plenus ſit: et

miſerum ſacerdotem ſuo ſpiritua
li conſilio inſtruat quid ei ſit me
lius quidue deterius. ſeruitium
altaris propter illiuſmodi impe
dimenta dimittere. an propter re
frenationem multarum iniquita
tum que eiuſdem ſeruitij formidi
ne ſepius reprimuntur ſeruitium
facere. Eſt autem de hoc ſicut michi
videtur expeditum et ſalubre conſi
lium: a peccatis ceſſare. et ſeruitiū
quod deo debemus reddere. Nos au
tem et ſi indigni ſumus deo ſerui
re: deus non eſt indiguus ſeruitio
ſue creature. De alijs neſcio quid

ipſi magis eligant: de me ſcio quia
magis volo deo ſeruire. etiam ſi non
ex toto poſſum me a malitia retine
re: quam propter formidinem pecca
ti eius ſeruitium dimittere. et in pec
catorum damnatione ſecurius iace
re. Melius eſt ut nos verberet pro
pter aliquam offenſionem ſui ſeru
tij et tamen ſuum ſeruitium facien
tes: quam nos damnet. propter ti
morem peccati ſuum ſeruitium face
re nolentes. Immenſa eſt enim eius
pietas. immenſa eius miſericordi
a: que et ſi viderit nos viam ſue re
ctitudinis vel claudicando ambula

re. et ſi ſepius labendo et relabendo
non tamen ab eiuſdem vie rectitu
dine velle recedere: ſi nos non laſſe
mur. non diu ſe retinere poterit. ſed
conatum noſtrum adiuuabit, et di
riget greſſum noſtrum ad viam ſa
lutis. Tamen ſi peccata ſacerdotis
ſunt criminalia: utilius eſt ei ab
immolatione ſacrificij humiliter
ceſſare. quam per preſumptionem
immolando maiorem damnatio
nem incurrere. donec inchoata vel
peracta penitentia. poſſit ad altaris
ſeruitium ſecurius accedere.

Sed ecce o dulciſſime et miſeri

cordiſſime domine Jeſu fateor im
menſe bonitati tue me eſſe nimis
peccatorem. plura que tibi diſpli
cent facientem. et tamen tui alta
ris ſeruitium facere preſumentem.
Non poſſum enim de tua miſeri
cordia deſperare: non poſſum
nec mihi expedit ſeruitium tui al
taris dimittere: tuum corpus et ſā
guinem non ſumere quod pro re
demptione mea mortem ſuſcepit.
qui pro remiſſione peccatorum de
tuo latere lancea militis aperto
cum aqua exiuit. Si indignus
ſum ſicuti ſum et ego fateor: uelle

ra me. emenda et corripe et tam diu
caſtiga tuum ſacerdotem. immo tu
um peccatorem donec omnis rubi
go peccati recedat a me. que per tam
longum tempus ex magna in
curia indurata eſt in lateribus a
nime mee. Latro latro peccator
ſum. immundus ſum. indignus
ſum. et tamen non recedo a te dul
ciſſime Jeſu chriſte. Velis quid velis
non dimitto te. et ſi infirma ma
nu tenebo te nec recedes a me donec
ab omni contagione peccati abſol
uas me. ſed et carnem tuam cotidie
manducantem et ſanguinem tuū

a 3.

bibentem. tueqz voluntati iugiter
inherentem tua precepta aſſidue
facientem. me poſt mortem car
nis perducas ad veram ſalutem.
ſcilicet ad te verum ſacerdotem ubi
cum alijs ſacerdotibus tuis vide
licet membris. ego quoqz tunc
non peccator ſed dignus ſacerdos
et dignum membrum corporis
tui. te laudem. te glorificem per
eterna ſecula Amen.

Oratio. D. Ambroſij Mediolañ.
Epiſcopi cum peccator multum
timet pro peccatis ſuis. et implo
rat miſericordiam dei.

Domine ſacerdos et vere
pontifex. qui te obtuli
ſti deo patri hoſtiam pu
ram et immaculatam in ara crucis
pro nobis miſeris peccatoribus:
qui dediſti nobis carnem tuam ad
manducandum. et ſanguinem tu
um ad bibendum. et poſuiſti iſtud
myſterium in virtute ſpiritus tui
dicens. Hec quotieſcumqꝫ feceritis
in mei memoriam facietis. Ro
go per ſanguinem tuum precio
ſum magnum ſalutis noſtre pre
cium. rogo per hanc miram et in
enarrabilem charitatem qua nos

miſeros et indignos ſic amare di
gnatus es. ut lauares nos a pecca
tis noſtris in ſanguine tuo. doce
me ſeruum tuum indignum. quē
etiam inter cetera tua dona ad of
ficium ſacerdotale vocare dignatus
es. nullis meis meritis. ſed ſola
dignatione miſericordie tue. doce
me queſo per ſpiritum ſanctum
tuum tantum tractare myſterium.
ea reuerentia et honore. ea reueren
tia et timore quibus oportet ac de
cet. Fac me per gratiam tuam ſem
per illud de tanto myſterio credere
et intelligere ſentire et firmiter tene

re. dicere et cogitare. quod tibi placet:
et quod expedit anime mee. Intret
ſpiritus tuus bonus in cor meum
qui ſonet ibi ſine ſono. et ſine ſtrepi
tu verborum loquatur omnem veri
tatem tantorum myſteriorum: pro
funda quippe ſunt nimis et ſacro te
cta velamine. Propter magnam
tuam clementiam concede mihi
miſſarum ſolẽnia puro corde et
munda mente celebrare. Libera cor
meum ab immundis et nefandis
vanis et noxiis cogitationibus.
Muni me beatorum angelorum
pia et fida cuſtodia atque fortiſſi

ma tutela : ut hoſtes omnium bo
norum cōfuſi diſcedant. Per
virtutum tanti myſterij et per ma
num ſancti angeli tui repelle a
me. et a cunctis ſeruis tuis duriſſi
mum ſpiritum ſuperbie et cenodo
xie : inuidie et blaſphemie. forni
cationis et immundicie. dubieta
tis et diffidentie. Confundantur
qui nos perſecuntur. pereant illi
qui perdere cuncta feſtinant. Rex
virginum amator caſtitatis et
integritatis deus celeſti rore bene
dictionis tue extingue de corpore
meo totum fontem ardentis libi

dinis. ut maneat in me tenor to
tius caſtitatis corporis et anime.
Mortifica in membris meis car
nis ſtimulos omneſq; libidino
ſas commotiones. et da mihi ve
ram et perpetuam caſtitatem cū
ceteris bonis tuis que tibi placent
in veritate: ut ſacrificium laudis
caſto corpore et mundo corde coti
die valeam tibi offerre. Quanta
enim contritione cordis et lachry
marum fonte. quanta reverentia
et tremore et veneratione. quanta
corporis caſtitate et anime puritate
iſtud divinum et celeſte ſacrificiū

eſt celebrandum domine: ubi caro
tua ſumitur in veritate. ubi ſan
guis tuus in veritate bibitur. ubi
ima ſummis coniunguntur. ubi
adeſt ſanctorum preſentia ange
lorum: ubi tu es ſacrificium et ſa
cerdos mirabiliter et ineffabiliter.
Quis digne hoc poteſt celebrare:
niſi tu deus omnipotens offeren
tem feceris dignum. Scio do
mine et vere ſcio. et idipſum boni
tati tue confiteor quod non ſum
dignus accedere ad tantum myſte
rium propter nimia peccata et ne
gligentias meas infinitas. ſed ſcio

et veraciter ex toto corde meo credo.
ore meo confiteor. quia tu potes me
facere dignum. qui ſolus potes fa
cere mundum de inmundo cõceptũ
ſemine: ſolus de indignis dignos.
de inmundis mundos. de peccato
ribus iustos et ſanctos facis. Per
hanc omnipotentiam tuam rogo
te concede mihi peccatori hoc celeste
ſacrificium celebrare cum timore
et tremore. cum cordis puritate et
lachrymarum fonte. cum leticia
ſpirituali et celesti gaudio. Sen
tiat mens mea dulcedinem beatiſ
ſime preſentie tue: et excubias ſan

ctorum tuorum in circuitu meo.
Ego enim memor venerande paſſio
nis tue. accedo ad altare tuum licet
tuum peccator: ut offeram tibi ſa
crificium quod tu inſtituiſti et offer
ri precepiſti in commemorationem
tui pro ſalute noſtra. Suſcipe il
lud ergo queſo ſumme deus pro ec
cleſia tua ſancta. pro populo tuo
quem adquiſiſti ſanguine tuo: et
quoniam me peccatorem inter te et
eundem populum tuum medium
eſſe voluiſti. licet in me boni operis
teſtimonium non agnoſcas offi
cium ſaltem crediti diſpenſationis

non recuſes. nec per me indignum
eorum ſalutis pereat precium. pro
quibus victima factus ſalutaris di
gnatus es eſſe redemptio. Profero
ergo domine ſi digneris propitius
intueri tribulationes plebium. peri
cula populorum. captiuorum ge
mitus. miſerias orphanorum. neceſ
ſitates peregrinorum. inopiam debi
lium. deſperationes languentium.
defectus ſenum. ſuſpiria iuuenum.
vota virginum. lamenta viduarũ.
Tu enim miſereris omnium domi
ne. et nichil odiſti eorum que feciſti.
Memorare que ſit noſtra ſubſtãtia:

quia tu pater noſter es quia tu deus
noſter es. Ne iraſcaris ſatis neq;
multitudinem viſcerum tuorum
ſuper nos contineas. Non enim in
iuſtificationibus noſtris proſterni
mus preces ante faciem tuam: ſed in
miſerationibus tuis multis. Aufer
a nobis domine iniquitates noſtras.
et ignem ſancti ſpiritus in nobis
clementer accende. Aufer cor lapideū
de carne noſtra. et da nobis cor carne
um: quod te timeat. te amet. te diligat
te delectet. te ſequatur. te perfruatur.
O ramus domine clementiam
tuam. ut ſereno familiam tuam ſa

cij tui nominis officia prestolantē
aſpicere digneris vultu. et ut nul
lius ſit irritum votum. nullius va
cua ſupplicatio tu nobis preces ſug
gere. quas ipſe audire propitius et
exaudire delecteris. Rogamus te
etiam pater ſancte. et pro ſpiritibus
fidelium defunctorum ut ſis illis ſa
lus. ſanitas. gaudium. et refrigeriū.
per hoc magnum pietatis ſacramen
tum. Deus meus ſit illis hodie ma
gnum et plenum conuiuium de te
pane viuo qui de celo deſcendiſti. et
das vitam mundo de tua carne ſan
cta et benedicta agni videlicet imma

culati.

culati. qui tollit peccatum mundi
que de ſancto et glorioſo utero bea
te marie virginis eſt aſſumpta. et
de ſpiritu ſancto concepta. de illo
inquam pietatis fonte qui per lan
ceam militis de crucifixi domini
noſtri latere feliciter emanauit. ut
exinde ſatiati. refrigerati. refecti.
et conſolati exultent in laude et
gloria tua. [P]eto clementiam
tuam deus. ut deſcendat ſuper illud
plenitudo benedictionis et ſanctifi
catio tue diuinitatis. Deſcendat
etiam domine illa ſancti ſpiritus
incomprehenſibilis. inuiſibiliſq;

maieſtas. ſicut quondam in patrum
hoſtias deſcendebat: qui et oblationes
noſtras corpus et ſanguinem tuum
efficiat. et me indignum ſacerdotem
doceat. tantum tractare myſterium
cum cordis puritate et lachrymarū
deuotione cum reuerentia et tremore:
ita ut placide et benigne ſuſcipias
ſacrificium laudis de manibus meis.
ad ſalutem omnium tam viuorum
quam defunctorum. Rogo te do
mine per ipſum ſacro ſanctum myſte
rium corporis et ſanguinis tui quo
cotidie in eccleſia tua paſcimur et po
tamur abluimur. ſanctificamur.

atq; unius summeq; diuinitatis
participes efficimur: da mihi virtu
tes tuas sanctas. quibus repletus
bona conscientia ad altare tuum
accedam. ita ut hec celestia sacramē
ta efficiantur mihi salus et vita.
Tu enim dixisti ore tuo sancto et
benedicto. Panis quem ego da
bo caro mea est pro mundi vita.
Si quis manducauerit ex hoc pa
ne: viuet in eternum. Panis dul
cissime sana palatum cordis mei:
ut sentiam suauitatem amoris
tui. Sana ipsum ab omni lan
guore. ut nullam preter te sentiat

dulcedinem. Panis candidiſſi
me habens omne delectamentum
et omnem ſaporem qui nos reficis
ſemper et nunquam deficis. comedat te
cor meum: et dulcedine ſaporis tui
repleantur viſcera anime mee.
Manducat te angelus pleno ore:
manducet te peregrinus homo pro
modulo ſuo. ne deficere poſſit in
via tali recreatus viatico. Panis
ſancte. panis vive. panis pulcher.
panis munde. qui deſcendiſti de celo.
et das vitam mundo: veni in cor
meum et munda me. ab omni in
quinamento carnis et ſpiritus.

Intra in animam meam et sancti
fica me intus et exterius. Esto tu
tamen et continua ſalus corporis
et anime mee. Repelle a me inſidi
antes mihi hostes. Recedant pro
cul a preſentia potentie tue: ut fo
ris et intus munitus. per te recto
tramite ad regnum tuum perueniã:
ubi non in myſterijs ſicut in hoc
tempore agitur. ſed facie ad faciem
te videbimus cum tradideris regnũ
deo et patri. et deus erit omnia in
omnibus. Tunc enim me de te ſaci
abis ſatietate mirifica: ita ut neq;
eſuriã neq; ſitiã in eternũ. Amen.



E igitur
clementiſſi
me pater
per Jeſum
chriſtum
filium tuū
dominum noſtrum ſupplices
rogamus ac petimus. uti acce
pta habeas et benedicas: hec do
na. ✠ hec munera. ✠ hec
ſancta ſacrificia ✠ illibata.
IN primis que tibi offeri
mus pro eccleſia tua ſan
cta catholica. quam pacificare.
cuſtodire. adunare. et regere di

generis toto orbe terrarum: una
cum famulo tuo papa nostro.
N et antistite nostro. N et
rege nostro. N et omnibus or
thodoxis: atque catholice et aposto
lice fidei cultoribus. Commemora
tio vivorum.

Memento domine fa
mulorum famularum
que tuarum. N et
omnium circumstantium quorum
tibi fides cognita est et nota devo
tio. pro quibus tibi offerimus:
vel qui tibi offerunt hoc sacrificium
laudis. pro se suisque omnibus

pro redemptione animarum
suarum pro spe salutis et incolu
mitatis sue. tibiqz reddunt vota
sua eterno deo vivo et vero.

Communicantes et me
moriam venerantes
imprimis gloriose sẽ
per virginis marie genitricis dei
et domini nostri Iesu christi.
Sed et beatorum apostolorũ
ac martyrum tuorum. Petri.
Pauli. Andree. Iacobi.
Iohannis. Thome. Ia
cobi. Philippi. Bartholo
mei. Mathei. Symonis

et Thadei. Lini. Cleti.
Clementis. Sixti. Cor
nelij. Cypriani. Laurentij.
Grisogoni. Iohannis et
Pauli. Cosme et Da
miani. Et omnium sanctor
tuorum: quorum meritis preci
busq; concedas ut in omnibus
protectionis tue muniamur au
xilio. Per eundem christum do
minum nostrum. Amen.

Gregorius dyalogus.

Hanc igitur oblationē
servitutis nostre. sed et
cuncte familie tue. quesumus do

mine

mune: ut placatus accipias dieſq;
noſtros in tua pace diſponas. atq;
ab eterna damnatione nos eripi.
et in electorum tuorum iubeas
grege numerari. Per chriſtum
dominum noſtrum. Amen.

Quam oblationem tu
deus in omnibus que
ſumus. bene ✠ dictã.
aſcri ✠ ptam: ra ✠ tam.
rationabilem acceptabilemq; fa
cere digneris: ut nobis cor ✠ pus
et ſan ✠ guis fiat dilectiſſimi
filij tui domini noſtri Jeſu chri
ſti. Alexander pp et martyr

Qui pridie quam pate-
retur accepit panem
in ſanctas ac venera-
biles manus ſuas: et elevatis
oculis in celum ad te deum pa-
trem ſuum omnipotentem tibi
gratias agens. bene ✠ dixit.
fregit dedit diſcipulis ſuis dicēs.
Accipite et manducate ex hoc
omnes. Hoc eſt enim corpus
meum.
Simili modo poſtea q̄
cenatum eſt: accipiens
et hunc preclarum calicem in
ſanctas ac venerabiles manus

ſuas

ſuas: item tibi gratias agens.
bene ✠ dixit. dedit diſcipulis
ſuis dicens. Accipite et bibite
ex eo omnes. Hic eſt enim
calix ſanguinis mei noui et eter
ni teſtamenti. myſterium fidei.
qui pro vobis et pro multis effũ
detur in remiſſionem peccatorũ.
Hec quotieſcunqꝫ feceritis:
in mei memoria facietis.

Unde et memores dñe
nos tui ſerui: ſed et
plebs tua ſancta eiuſ
dem chriſti filij tui domini dei
noſtri tam beate paſſionis:

f 2

nec non et ab inferis. reſurrectio
nis. ſed et in celos glorioſe aſcen
ſionis. offerimus preclare maie
ſtati tue: de tuis donis ac datis.
hoſtiam ✠ puram. hoſtiam
✠ ſanctam. hoſtiam ✠ im
maculatam. panem ſc̄m ✠
vite eterne. et calicem ✠ ſalutis
perpetue.
Supra que propicio ac ſe
reno vultu reſpicere digneris. et
accepta habere: ſicuti accepta ha
bere dignatus es munera pueri
tui iuſti abel. et ſacrificium pa
triarche noſtri abrahe. et quod tibi

obtulit ſummus ſacerdos tuus.
melchiſedech. ſanctum ſacrificiū
immaculatam hoſtiam.

Leo pp̄ magnus.

Supplices te rogamus
omnipotens deus. iube
hec perferri per manus ſancti an
geli tui. in ſublime altare tuū:
in conſpectu diuine maieſtatis
tue. ut quotquot ex hac altaris
participatione ſacroſanctum
filij tui. cor pus et ſā
guinem ſumpſerimus: omni
bene dictione celeſti: et gra
tia repleamur. Per eundē chri

ſtum dn̄m nr̄m am̄.

ſtum dominum noſtrū. Amen.

Commemoratio defunctorum.

Memento etiam domine famulorum famularumqꝫ tuarum. qui nos preceſſerunt cum ſigno fidei: et dormiunt in ſomno pacis.

Ipſis domine et omnibus in chriſto quieſcentibus locum refrigerij lucis et pacis. ut indulgeas deprecamur. Per eundem chriſtum dominum nr̄m. amē.

Nobis quoqꝫ peccatoribus famulis tuis de multitudine miſera


tionum tuarum ſperantibus par
tem aliquam et ſocietatem donare
digneris cum tuis ſanctis apoſto
lis et martyribus. cū Ioanne.
Stephano. Mathia. Bar
naba. Ignatio. Alexandro
Marcellino. Petro. Fe
licitate. Perpetua. Agatha
Lucia. Agnete. Ceci
lia. Anaſtaſia. et cum omni
bus ſanctis tuis. Intra quorum
nos conſortium non eſtimator
meriti: ſed venie queſumus largi
tor admitte. Per chriſtum domi
num noſtrum. amen.

Gregorius pp̄ Junior.


Per quem hec omnia domine semper bona creas. sancti ✠ ficas. viui ✠ ficas. bene ✠ dicis: et prestas nobis. Per ✠ ipsum, et cum ✠ ipso, et in ✠ ipso, est tibi deo pa ✠ tri omnipotenti: in vnitate spiritus ✠ sancti. omnis honor et gloria.



Per omnia secula secu




lorum. Amen. Oremus.



PReceptis ſalutaribus



moniti: et diuina inſtitutione




formati audemus dicere.



PAter noſter qui es ī celis:


ſanctificetur nomen tu um.
Adueniat regnum tuũ. fiat
voluntas tua ſicut in celo et in
terra. Panem noſtrum quo
tidianum da nobis hodie: et di


mitte nobis debita nostra. sicut
et nos dimittimus debitoribus
nostris. Et ne nos inducas
in tentationem. Sed libera
nos a malo. Amen.

Letatus ſum in his q̄
dicta ſunt michi: i do
mum domini ibimus.
Stantes erant pedes noſtri: i
atrijs tuis hieruſalem. Ie
ruſalem que edificatur ut ciuitas:
cuius participatio eius in idipſū.
Illuc enim aſcenderunt tri
bus tribus domini: teſtimoniū
iſrael ad confitendum nomini
domini. Quia illic ſederunt
ſedes in iudicio: ſedes ſuper do
mum dauid. Rogate que ad
pacem ſunt hieruſalem: et abū
dantia diligentibus te. Fiat

pax in virtute tua: et abundan
tia in turribus tuis. Propter
fratres meos et proximos meos:
loquebar pacem de te. Propter
domum domini dei noſtri: queſi
ui bona tibi. Gloria patri et
filio et ſpiritui ſancto. Sicut
erat in principio et nunc et ſemper:
et in ſecula ſeculorum amen.
Kyrie eleiſon. Chriſte
eleiſon. Kyrie eleiſon.
Pater noſter. Et ne nos
inducas in tentationem. Sed
libera nos a malo. Domine
ſaluum fac regem. Et exaudi

nos in die qua inuocauerimus
te. Saluum fac populum tu
um domine: et benedic hereditati
ti tue. Et rege eos et extolle illos
usqʒ in eternum. Fiat pax
in virtute tua. Et habundantia
in turribus tuis. Domine ex
audi orationem meam. Et cla
mor meus ad te veniat. Do
minus vobiscum. Et cum spiri
tu tuo. Oremus.
Ecclesie tue quesumus dñe
preces placatus admitte ut de
structis aduersitatibus et erro
ribus vniuersis secura tibi deseru

at

at libertate. H o ſtium no
ſtrorum queſumus elide ſuperbiã
eorumqꝫ contumaciam dextere
tue virtute proſterne. D eus
a quo ſancta deſideria recta conſi
lia et iuſta ſunt opera : da ſeruis
tuis illam quam mundus dare
non poteſt pacem : ut et corda no
ſtra mandatis tuis dedita et ho
H ſtium ſublata formidine
tempora ſint tua protectione trã
quilla. Per chriſtum dominũ
noſtrum. Amen.

Libera nos queſumus
domine ab omnib'
malis preteritis. preſē-
tibus. et futuris. et intercedēte
beata atqz glorioſa ſemperqz
virgine dei genitrice Maria
et beatis apoſtolis tuis. Pe-
tro et Paulo atqz Andrea
cum omnibus ſanctis. Da
propicius pacem in diebus nr̄is.
ut ope miſericordie tue adiuti
et a peccato ſimus ſemper liberi:
et ab omni perturbatione ſecuri.
Per eūdem dominum noſtrū
ieſum chriſtum filium tuū. qui

tecum vivit et regnat in unitate


D ſpiritus ſancti

Er omnia ſe deus.


cula ſeculorum. Amen.

Facta hoſtia ac repoſita in patena vertit ſe p̄latus verſus chorum cū baculo paſtorali et cum mitra daturus benedictionem. Et diaconus cantat cū baculo paſtorali. Humiliate vos ad benedictionem. Choro reſpondente. Deo gratias. Et poſtea ce


lebrans dat benedictionem dicen
conuenientem.



Et pax ✠ eius ſit



ſem ✠ per vobi ✠ ſcum.



Et cum ſpiritu tuo. i. n.
Agnus dei qui tollis pecca
ta mundi miſerere nobis.
Agnus dei qui tollis pec
cata mundi miſerere nobis.

Agnus dei qui tollis pecca
ta mundi. dona nobis pacem.
vel. dona eis requiem. iij.
Dum fit commixtio.
Hec ſacroſancta com
mixtio corporis et ſan
guinis tui domine ie
ſu chriſte fiat mihi et omnibus
ſumentibus ſalus mentis et
corporis et ad vitam eternam
capiendam preparatio ſaluta
ris. Amen. Hic detur pax.
Domine ieſu chriſte
fili dei vivi qui ex vo
luntate patris coope

rante ſpiritu ſancto. per mortem
tuam mundum viuificaſti. vi
uifica me. libera me. per hoc ſacrū
corpus et ſanguinem tuum a
cunctis iniquitatibus et vniuer
ſis malis. et fac me tuis obedire
mandatis. et a te nunquam in
perpetuum ſeparari. Qui viuis
et regnas cum deo patre in vnita
te eiuſdem ſpiritus ſancti deus.
Per omnia ſecula ſeculorum
Amen. **Ante perceptionem.**

Domine ſancte pater
omnipotens eterne
deus. da mihi corpus

148

et ſanguinem filij tui domini no
ſtri ieſu chriſti ita ſumere ut me
rear per hoc remiſſionem omniũ
peccatorum meorum accipere
et tuo ſancto ſpiritu repleri qꝫ
tu es verus deus et preter te nõ
eſt alius. cuius regnum glori
oſum manet in ſecula ſeculoꝝ.
Amen. Ante perceptionem.

Corpus domini nrĩ
ieſu chriſti cuſtodiat
me in vitam eternã
Amen. Item.

Sanguis domini nrĩ ie
ſu chriſti cuſtodiat me

9

25.

in vitam eternam. Amen.

Poſt miſſam.

Placeat tibi ſancta tri
nitas obſequium ſer
uitutis mee. et preſta ut hoc ſacri
ficium quod oculis tue maieſta
tis indignus obtuli tibi ſit acce
ptabile michiqꝫ et omnibus pro
quibus illud obtuli ſit te miſerãte
propiciabile. Qui viuis et regnas
deus. Per omnia ſecula ſeculo
rum. Amen.

In conceptione beate marie vir
ginis. Ad miſſam. Introitus.



Gaudeamus
omnes in do
mino diem
festum cele
brantes sub
honore ma
rie virginis: de cuius conceptione
gaudent angeli, et collaudant fili
um dei. ps. Eructavit cor me
um verbum bonum: dico ego ope
ra mea regi. Antiphona. Gaudeamus.
℣. Gaudent angeli et exultant
archangeli: et collaudant filium
dei. Gloria patri et filio et spi
ritui sancto. Sicut erat in pri

cipio et nunc et ſemper et in ſecu
la ſeculorum amen. Introitus.
Gaudeamus. Kyrie eley
ſon. iij. Chriſte eleyſon. iij.
Kyrie eleyſon. iij. Gloria
in excelſis deo. Pax vobis.
Deus qui Collecta.
beate marie virginis
conceptionem angeli
co vaticinio predixiſti: preſta
huic familie tue eius preſidijs
muniri: cuius conceptionis ſa
cra ſolēnia congrua deuotione
veneratur. Per dominum no
ſtrum ieſum chriſtum filium

tuum: qui tecum viuit et regnat
in vnitate ſpiritus ſancti deus.
Per omnia ſecula ſeculorum.

Lectio libri ſapientie.

Ego quaſi vitis fructi
ficaui ſuauitatem odo
ris: et flores mei fru
ctus honoris et honeſtatis. Ego
mater pulcre dilectionis et timo
ris: et magnitudinis et ſancte
ſpei. In me gratia omnis vie et
veritatis: in me omnis ſpes vite
et virtutis. Tranſite ad me om
nes qui concupiſcitis me: et a ge
nerationibus meis implemini.

Spiritus enim meus ſuper mel
dulcis: et hereditas mea ſuper mel
et fauum. Memoria mea: in ge-
neratione ſeculorum. Qui edunt
me adhuc eſurient: et qui bibunt
me adhuc ſitient. Et qui audit me
non confundetur: et qui operantur
in me non peccabunt. Et qui elu-
cidant me: vitam eternam habe-
bunt. Gr. Audi filia et
vide et inclina aurem tuam, quia
concupiuit rex ſpeciem tuam. V.
Specie tua et pulchritudine
tua: intende proſpere procede et re-
gna. R. Alleluya. Verſus.

Nobilis atq; pia nos protege virgo maria: sis via virtutis reparatrix alma salutis humane.

Alleluya. Prosa.

Inuiolata integra et casta es maria. Que es effecta fulgida celi porta. O mater alma christi charissima. Suscipe pia laudum preconia. Nostra ut pura pectora sint et corpora. Que nunc flagitant deuota corda et ora. Tua per precata dulcissona. Nobis concedas veniam per secula. O benigna. O benigna.

[O] benigna. [Q]ue ſola īmo
lata permanſiſti.

*[I]nitium ſancti euange
lij Secundū matheū. j.*

[L]iber generationis Ieſu
christi filij dauid: filij abraham.
Abraham. genuit Iſaac. Iſaac au
tem: genuit Iacob. Iacob autē
genuit iudam et fratres eius: Iu
das autem genuit phares. et zaram
de thamar. Phares autem genuit
eſrom: eſrom autem genuit aram.
Aram autem genuit aminadab:
Aminadab autem genuit naaſon:
Naaſon autem genuit ſalmon:

Salmon autem genuit booz de
rachab. Booz autem genuit obed
ex ruth: obed autem genuit ieſſe.
Ieſſe autem genuit dauid regem:
dauid autem rex. genuit ſalomo
nem ex ea que fuit urie. Salomō
autem genuit roboam: roboam
autem genuit abia. Abia autem
genuit aza: aza autem genuit.
ioſaphat. Ioſaphat autem genu
it ioram: ioram autem genuit o
ziam. Ozias autem genuit ioa
tham: ioatham autem genuit a
chaz. Achaz autem genuit ezechiā:
Ezechias autem genuit manaſſē.

Manaſſes autem genuit amon:
amon autem genuit ioſiam. Jo
ſias autem genuit iechoniam et
fratres eius in tranſmigratione
babilonis. Et poſt tranſmigra
tionem babilonis: iechonias ge
nuit ſalathiel. Salathiel autem
genuit zorobabel: zorobabel autē
genuit abiud. Abiud autem ge
nuit elyachim: Elyachim autem
genuit azor: Azor autem genuit
ſadoch: ſadoch autem genuit achī.
Achim autem genuit elyud: ely
ud autem genuit eleazar. Elea
zar autem genuit mathan: ma

than autem genuit iacob. Ia
cob autem genuit ioſeph virum
marie. De qua natus eſt ieſus:
qui vocatur chriſtus.
Credo in vnum deum. Offr.
Ave maria gratia plena
dominus tecum: benedi
cta tu in mulieribus. et benedictus
fructus ventris tui. Secreta.
Sanctifica domine mu
neris oblata libami
na: et beate dei genitri
cis ſaluberrima interuentione.
nobis ſalutaria fore concede. Per
dominum noſtrum ieſum chriſtū

filium tuum. qui tecum viuit et
regnat in vnitate ſpiritus ſancti
deus. Per omnia ſecula ſeculoꝝ.
Prefatio. Et in conceptione.

Adiutorium noſtrum in
nomine domini. Qui fe
cit celū. Sit nomen domini be
nedictum. Ex hoc. Benedictio.

Deus qui beate marie
virginis conceptionē
angelico vaticinio pre
dicere dignatus eſt: benedictionis
ſue vos munere fultos bonis ope
ribus faciat exornari. Amen.
Eiuſqꝫ ſemper et vbiqꝫ patroci

nia ſentiatis. ex cuius intemera
to utero angelo nunciante aucto
rem vite ſuſcipere meruiſtis. Am̄.
Et qui ad ſacra ſolẽnia eius cõ
ceptionis congrua deuotione cõ
ueniſtis: ſpiritalium gaudiorũ
et eternorum premiorũ vobiſcum
munera reportetis. Amen.
Quod ipſe preſtare digne
tur. cuius regnum et impe
rium ſine fine permanet in ſecula
ſeculorum. Amen. Benedictio dei
omnipotentis. pa ✠ tris. et fi ✠ lii
et ſp̄s ✠ ſancti ſuper vos deſcendat.
Amen. Communio.

Diffusa est gratia in labiys
tuis: propterea benedixit
te deus in eternum. Post coio.

Repleti vitalibus ali
monijs et diuinis repa
rati mysterijs: supplices
te rogamus omnipotens deus, ut
qui beate marie semper virginis ve
nerandam colimus conceptionē,
eius pia interuentione coniungi
mereamur gaudijs ciuiū supernoꝝ.
Per dominū nostrum iesū chri
stum filium tuū. qui tecum viuit

In purificatiōe btē marie. Intr.



uſcepimus
deus miſeri
cordiam tu
am in medio
templi tui
ſecundum
nomen tuum deus ita et laus
tua in fines terre. iuſticia plena
eſt dextera tua. ps. Magnus
dominus et laudabilis nimis:
in ciuitate dei noſtri in monte
ſancto eius. Intr. Suſcepimus.
Gloria patri et filio et ſpiri
tui ſancto. Sicut erat in prin
cipio et nunc et ſemper et in ſe

cula

h2

cula ſeculorum amen. Intr. S u
ſcepimus. K yrie eleiſon. iij.
C hriſte eleiſon. iij. K yrie
eleiſon. iij.

P ax vobis. Coll.

O mnipotens ſempiterne
deus. maieſtatem tuam
ſupplices exoramus. ut ſicut vni
genitus filius tuus hodierna die
cum noſtre carnis ſubſtantia in te
plo eſt preſentatus: ita nos facias
purificatis tibi mentibus preſenta
ri. Per eũdem dominum noſtrũ
Jeſum chriſtum filium tuum. qui
tecum viuit et regnat in vnitate

ſpiritus ſancti deus. Per omnia
ſecula ſeculorum.

Lectio Malachie prophete.

Hec dicit dominus deus.
Ecce ego mitto angelũ
meum: et preparabit vi
am ante faciem tuam. Et ſtatim
veniet ad templum ſuum domina
tor quem vos queritis. et angelus
teſtamenti quem vos vultis. Ecce
venit dicit dominus exercituum.
Et quis poterit cogitare diem aduẽ
tus eius? Et quis ſtabit ad viden
dum eum? Ipſe enim quaſi ignis
conflans: et quaſi herba fullonũ.

Et ſedebit conflans et emundās
argentum : et purgabit filios
leui. Et conflabit eos quaſi au
rum et quaſi argentum : et erūt
domino offerentes ſacrificia in iu
ſticia. Et placebit domino ſacri
ficium iuda et hieruſalem : ſicut
dies ſeculi. et ſicut anni antiqui :
dicit dominus omnipotens. Gr.
Suſcepimus deus miſeri
cordiam tuam in medio
templi tui ſecundum nomen tu
um deus ita et laus tua in fines
terre. V. Sicut audiuimus ita
et vidimus in ciuitate dei noſtri.

R℣. Alleluya. ℣. Adorabo
ad templum sanctum tuum et
confitebor nomini tuo. Alle
luya. Si infra lxx. nō cantatur
Alleluya. et seque. sed dr. Tr.
Diffusa est gratia in la
biis tuis propterea be
nedixit te deus in eter
num. Specie tua et pulchri
tudine tua intende prospere proce
de et regna. Propter veritatē
et mansuetudinem et iusticiā et
deducet te mirabiliter dextera tua.
Dilexisti iusticiam et odisti
iniquitatem propterea unxit te

dus deus tuus oleo leticie. A u
di filia et vide et inclina aurem tu
am et obliuiscere populum tuum
et domum patris tui. E t con
cupiscet rex decorem tuum quonia͂
ipse est dominus deus tuus et ado
rabunt eum. A dducentur regi
virgines post eam proxime eius af
ferentur tibi. A dducentur in le
ticia et exultatione adducentur in
templum regi domino. Prosa.
L etabundus. Require in nati
uitate domini.
Sequentia sancti euangelij: secu͂
dum lucam.

IN illo tempore. Poſtq̄
impleti ſunt dies pur
gationis marie ſecun
dum legem moyſi: tulerunt do
minum ieſum in hieruſalem. ut
ſiſterent eum domino. ſicut ſcri
ptum eſt in lege domini. quia om
ne maſculinum adaperiens vulua͂.
ſanctum domino vocabitur. et ut
darent hoſtiam ſecundum quod
dictum eſt in lege domini. par tur
turum. aut duos pullos columba
rum. Et ecce homo erat in hieruſa
lem: cui nomen ſymeon. Et ho
mo iſte iuſtus et timoratus. expe

ctans

ctans conſolationem iſrael: et ſpi
ritus ſanctus erat in eo. Et reſpō
ſum acceperat a ſpiritu ſancto: nō
viſurum ſe mortem. niſi prius vi
deret chriſtum domini. Et venit in
ſpiritu in templum. Et cum in
ducerent puerum ieſum parentes
eius. ut facerent ſecundum cōſue
tudinem legis pro eo: et ipſe acce
pit eum in ulnas ſuas. et benedi
xit deum et dixit. Nunc dimittis
ſeruum tuum domine. ſecundū
verbum tuum in pace: quia vide
runt oculi mei ſalutare tuum.
quod paraſti ante faciem omniū

populorum. lumen ad revelatio
nem gentium. et gloriam plebis
tue israel. Cantatur. Credo
in unum deum. Offerto.
Diffusa est gratia in labiis
tuis propterea benedixit te deus in
eternum. Secreta.
Exaudi domine preces
nostras: et ut digna
sint munera que oculis tue maie
statis offerimus subsidium no
bis tue pietatis impende. Per do
minum nostrum iesum christum
filium tuum: Qui tecum vivit
et regnat in unitate sp̄s scti deus.

Prefatio. Eterne deus. Quia
per incarnati vbi. Benedictio.

Omnipotens deus qui
vnigenitum ſuum ho
dierna die in aſſūpta
carne in templo voluit preſenta
ri. benedictionis ſue vos munere
fultos. bonis operibus faciat
exornari. Amen.

Et qui eum ut legem adim
pleret. miniſterium voluit effici le
gis. mentes veſtras inſtruat legis
ſue ſpiritalibus documentis.
Amen. Quo ei et pro tur
turibus caſtitatis ſeu caritatis

munera offerre valeatis: et propul
lis columbarum ſpiritus ſancti
donis exuberetis. Amen.

Quod ipſe preſtare dignetur.
Cuius et imperium ſine fine
permanet in ſecula ſeculorũ. Amen.

Benedictio dei omnipotentis
pa ✠ tris et fi ✠ lii et ſpi
ritus ✠ ſancti. ſuper vos deſcendat.
Amen. Cõio.

Reſponſum accepit ſymeon a
ſpiritu ſancto non viſurum
ſe mortem niſi videret chriſtum do
minum. Poſt communio.

Quesumus domine deus
noster: ut sacrosancta
mysteria que pro repara
tionis nostre munimine cõtulisti:
intercedente beata semper virgine
maria. et presens nobis remedium
esse facias et futurum. Per domi
num nostrum iesum christum fili
um tuum. Qui tecum vivit et
regnat in unitate spiritus sancti
deus. Per omnia secula seculorũ.
Dñs vobiscum. Et cũ spũ
tuo. In fine. Ite missa est. Si
dz Gloria.
Trãslatus scti Bñdicti. Introitus.



Os iusti me
ditabitur sa
pientiam et
lingua eius
loquetur iu
dicium lex
dei eius in corde ipsius. ps. No
li emulari in malignantibus: ne
q3 zelaueris facientes iniquitatē.
Intr. Os iusti. Gloria pa
tri et filio et spiritui sancto. Si
cut erat in principio et nunc et sēper
et in secula seculorum amen. Intr.
Os iusti. Kyrie eleison. iij.
Christe eleisō. iij. Kyrie el'. ij.

Pax vobis. Collecta.

Omnipotens ſempiterne
deus. qui hodierna die
carnis eductum ergaſtu
lo. beatiſſimum confeſſorem tuū
benedictum ſublevaſti ad celū: con
cede queſumus hec feſta tuis famu
lis celebrantibus. cunctorum veniā
delictorum. ut qui exultantibus
animis eius claritati congaudent.
ipſo apud te interveniente. conſoci
entur et meritis. Per dominum
noſtrum ieſum chriſtum filium tu
um. Qui tecum vivit et regnat i
unitate ſpiritus ſancti deus. Per

omnia.

omnia ſecula ſeculorum.

Lectio libri Sapientie.

Qui cuſtodierint iuſti
ciam dei: iuſtificabun
tur. Et qui didicerint iuſticiam:
invenient quid reſpondeant. Cō
cupiſcite ergo ſermones meos: di
ligite illos. et habebitis diſciplinā.
Clara eſt. et que nūquam marce
ſcat ſapientia: et facile videtur ab
his qui diligunt eam. et invenie
tur ab his qui querunt illam.
Pre occupat qui ſe concupiſcunt.
ut illis prior ſe oſtendat. Qui de
luce vigilaverit ad illam nō labo

rabit: aſſidentem enim illam for
bus ſuis inueniet. Cogitare ergo
de illa ſenſus eſt conſummatus: et
qui vigilauerit propter illam cito
erit ſecurus. Quoniam dignos ſe
ipſa circuit. querens et in viis oſten
dens ſe illis hilariter: et in omni
prouidentia occurret illis. Initium
enim illius: veriſſima eſt diſcipli
ne concupiſcentia. Cura ergo diſci
pline dilectio eſt: et dilectio cuſtodia
legum illius eſt. Cuſtoditio autem
legum. conſummatio incorruptio
nis eſt. Incorruptio autem: facit eſ
ſe proximum deo. Concupiſcentia

itaqꝫ sapientie: deducet ad regnum perpetuum. Gr.

Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. ỽ. Vitã petijt a te et tribuisti ei longitudinem dierum in seculum seculi. Tractus.

Desiderium anime eius tribuisti ei et voluntate labiorum eius nõ fraudasti eum. Quoniam preuenisti eum in benedictione dulcedinis. Posuisti super caput eius coronam de lapide precioso.

Sequentia ſancti euangelij: Se
cundum Matheum.

In illo tempore. Dixit
ſymon petrus ad domi
num ieſum. Ecce nos reliquimus
omnia: et ſecuti ſumus te. Quid
ergo erit nobis? Jeſus autem di
xit illis. Amen dico vobis: quod
vos qui ſecuti eſtis me. in regene
ratione cum ſederit filius homi
nis in ſede maieſtatis ſue. ſedebi
tis et vos ſuper ſedes duodecim.
iudicantes duodecim tribus iſra
el. Et omnis qui reliquit domū.
vel fratres, aut ſorores, aut patrē,

aut matrem, aut uxorem, aut fi
lios, aut agros, propter nomen
meum: centuplum accipiet. et
vitam eternam possidebit. Offert.

Veritas mea et misericordia
mea cum ipso et in nomi
ne meo exaltabitur cornu eius.

Secreta.

Oblatis domine ob ho
norem beati confessoris
tui benedicti placare muneribus.
et ipsius tuis famulis interven
tu cunctorum tribue indulgen
tiam delictorum. Per dominum
nostrum Jesum christum filium

tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus.

Benedictio.

Omnipotens deus det vobis copiam ſue benedictionis: qui beatum Benedictū ſibi aſciuit virtute confeſſionis. Amen.

Et qui illum fecit choruſcare miraculis: vos exornet bonorum operum incrementis. Amen.

Et feſtiuitatem hanc veniſſe in terris ſentiat: quam videre votis ī celis exoptat. Amen.

Quod ipſe preſtare dignetur

cuius regnum et imperium ſine
ſine permanet in ſecula ſeculorũ.
Amen.
Benedictio dei omnipoten
tis pa ✠ tris. et fi ✠ lij. et ſpi
ritus ✠ ſancti. ſuper vos deſcen
dat. Amen. Cõmunio.
Beatus ſeruus quem cum
venerit dominus inuenerit
vigilantem amen dico vobis ſuper
omnia bona ſua conſtituet eum.
Poſt cõmunio.
Perceptis tui corporis et
ſanguinis domine ſa
cramentis. concede nobis ſupplicã

te beato benedicto confeſſore tuo
ita muniri : ut et temporalibus
habundemus commodis et fel
ciamur eternis. Qui viuis et
regnas deus. Per omnia ſecu
la ſeculorum.

In annunciatione beate marie
virginis. Ad miſſam Introitus.



Rorate celi de
ſuper et nu
bes pluant
iuſtum ape
riatur terra
et germinet
ſaluatorem. Ps. Celi enar
rant gloriam dei: et opera manu
um eius annunciat firmamen
tum. Antr. Rorate. Gloria
patri et filio et ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio et nūc
et ſemper: et in ſecula ſeculorum
amen. Antr. Rorate. Ky
rie eleiſon. iij. Chriſte el'. iij.

Kyrie eleison. iij. Gloria ĩ excelsis deo. Pax vobis. Coll'.

Deus qui de beate marie virginis utero. verbum tuum angelo nunciãte. carnem suscipere voluisti. presta supplicibus tuis. ut qui vere eã genitricem dei credimus. eius apud te intercessionibus adiuvemur. Per eũdem dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecũ vivit et regnat in unitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum.

Lectio ysaie prophete.

Hec dicit dominus deus.
Egredietur virga de ra
dice ieſſe: et flos de radice
eius aſcendet. Et requieſcet ſuper eū
ſpiritus domini: ſpiritus ſapientie
et intellectus. ſpiritus conſilij et for
titudinis. ſpiritus ſcientie et pietatis.
et replebit eum ſpiritus timoris do
mini. Non ſecundum viſionem
oculorum iudicabicabit. neq; ſecū
dum auditum aurium arguet. ſed
iudicabit in iuſticia pauperes. et ar
guet in equitate pro manſuetis terre.
Et percutiet terram virga oris ſui: et
ſpiritu labiorum ſuorum interficiet.

impiorum. Et erit iusticia cingu
lum lumborum eius: et fides cin
ctorium renum eius. Gr.
Tollite portas principes ve
stras et elevamini porte eter
nales et introibit rex glorie. Ver.
Quis ascendet in montem do
mini aut quis stabit in loco san
cto eius innocens manibus et mu
do corde. R.
Alleluya. V. Orietur sicut
sol salvator mundi et descē
det in uterum virginis sicut ymber
super gramen. A. ll. Tr.
Ave maria gratia plena do

minus tecum. Benedicta tu
in mulieribus et benedictus fru
ctus ventris tui. Ecce concipi
es et paries filium et vocabis no
men eius emmanuel. Quo
modo inquit fiet iſtud quoniam
virum non cognoſco et reſpondes
angelus intulit ei. Spiritus
ſanctus ſuperueniet in te et virtus
altiſſimi obumbrabit tibi. Ide
oqꝫ quod naſcetur ex te ſanctum vo
cabitur filius dei. Proſa.

Ave maria gratia ple
na. Dominus tecū
virgo ſerena. Bene

dicta tu in mulieribus. Que pe

periſti pacem hominibus: et ange

lis gloriam. Et benedictus fru

ctus ventris tui. Qui coheredes

ut eſſemus ſibi: nos fecit per gr̄am.

Per hec autem aue mundo tam

ſuaue, contra carnis iura. Ge

nuiſti prolem nouum ſtella ſolem:

noua genitura. Tu parui et ma

gni leonis et agni, ſaluatoris chri

ſti templum extitiſti: ſed virgo ita

cta. Tu floris et roris panis et

paſtoris virginum regina roſa ſine

ſpina: genitrix es facta. Tu ci

uitas regis iuſticie. Tu mater

es misericordie. De lacu fecis
et miserie. Theophilum refor
mans gratie. Te collaudat ce
lestis curia. Tu mater es regis
et filia. Per te reis donatur ve
nia. Per te iustis confertur gra
tia. Ergo maris stella verbi dei
cella: et solis aurora. Parady
si porta per quam lux est orta, natũ
tuum ora. Ut nos solvat a pec
catis et in regno claritatis quo lux
lucet sedula, collocet per secula. Amẽ.

Sequẽtia sctĩ euãgelij: se
cundum Lucam.

In illo tempore. Missus

eſt angelus gabriel a deo. in ciui
tatem galilee, cui nomen naza
reth, ad virginem deſponſatam
viro, cui nomen erat ioſeph. de
domo dauid: et nomen virginis
maria. Et ingreſſus angelus
ad eam: dixit. Aue gratia ple
na dominus tecum: benedicta
tu in mulieribus. Que cum au
diſſet turbata eſt in ſermone eius:
et cogitabat qualis eſſet iſta ſa
lutatio. Et ait angelus ei. Ne
timeas maria: inueniſti enim
gratiam apud deum. Ecce con
cipies in utero. et paries filium:

et vocabis

et vocabis nomen eius iesum.
Hic erit magnus: et filius altiſſi
mi vocabitur. Et dabit illi domi
nus deus ſedem david patris eius:
et regnabit in domo iacob in eter
num. et regni eius non erit finis.
Dixit autem maria ad angelū.
Quomodo fiet iſtud. quoniam
virum non cognoſco? Et reſpon
dens angelus: dixit ei. Spiritus
ſanctus ſuperveniet in te: et virtus
altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoqꝫ
et quod naſcetur ex te ſanctum:
vocabitur filius dei. Et ecce eliza
beth cognata tua: et ipſa concepit

filium in ſenectute ſua. Et hic mē
ſis eſt ſextus illi que vocatur ſterilis:
quia non erit impoſſibile apud deū
omne verbum. Dixit autem maria.
Ecce ancilla domini. Fiat mihi: ſe
cundum verbum tuum.

Credo in vnum deum. Offᵉ.

Ave maria gratia plena do
minus tecum. benedicta tu
in mulieribus et benedictus fruct'
ventris tui. Secreta.

In mentibus noſtris que
ſumus domine. vere fidei
ſacramenta confirma.
ut qui conceptum de virgine deū

verum et hominem confitemur.
per eius ſalutifere reſurrectionis
potentiam. ad eternam mereamur
peruenire leticiam. Per eundem
dominum noſtrum ieſum chriſtum
filium tuum. Qui tecum viuit
et regnat in vnitate ſpiritus ſancti
deus. Prefatio.
Quia per incarnati verbi my
ſterium. Benedictio.
Deus qui per beate marie
virginis partum. genus
humanum dignatus
eſt redimere: ſua vos dignetur be
nedictione locupletare. Amen.

Quiſqꝫ ſemper et ubiqꝫ patroci
nia ſentiatis: ex cuius intemerato
utero angelo nunciante auctorem
vite ſuſcipere meruiſtis. Amen.
Et qui ad eius celebrandam
feſtiuitatem hodierna die deuotis
mentibus conueniſtis: ſpiritaliũ
gaudiorum et eternorum premio
rum vobiſcum munera reportetis
Amen.
Quod ipſe preſtare dignetur.
cuius regnum et imperium ſine fi
ne permanet in ſecula ſeculorum.
Amen.
Benedictio dei omnipotentis

pa ✠ tris et fi ✠ lij. et ſpiri
tus ✠ ſancti. ſuper vos deſcen
dat. Amen. Agnus dei q̄
tollis peccat. Communio.

Ecce virgo concipiet et pari
et filium et vocabitur no
men eius emmanuel. Post com.

Gratiam tuam domine
mentibus noſtris infū
de: ut qui angelo nun
ciante christi filij tui incarnatio
nem cognovimus: per paſſionē
eius et crucem. ad reſurrectionis
gloriam perducamur. Per eun
dem dominum noſtrum ieſum

christum filium tuum. Qui tecū
vivit et regnat in unitate spiritus
sancti deus. Per omnia secula
seculorum.

In die scti Johānis baptiste. Intr.



De ventre matris mee
vocavit me dominus
nomine meo. et posu
it os meum ut gla
dium acutum sub tegumento ma
nus sue protexit me. posuit me qua
si sagittam electam. V. Bonum
est confiteri domino: et psallere no
mini tuo altissime. Intr. De ven
tre. Gloria patri et filio et spiri

tui ſancto. Sicut erat in prin
cipio et nunc et ſemper et in ſecula
ſeculorum amen. Intr. De ven
tre. Kyrie eleiſon. iij. Chriſte
eleiſon. iij. Kyrie eleiſon. iij.
Gloria in excelſis deo.
Pax vobis. Collecta.
Deus qui preſentem diē
honorabilem nobis bea
ti ioannis nativitate fe
cisti: da populis tuis ſpiritualium
gratiam gaudiorum. et omnium
fidelium mentes dirige in viam ſa
lutis eterne. Per dominum no
ſtrum Jeſum chriſtum filium tuū.

Qui tecum viuit et regnat in vni
tate ſpiritus ſancti deus. Per om
nia ſecula ſeculorum.

Lectio Iſaye prophete.

Hec dicit dominus deus.
Audite inſule: et atten
dite populi de longe. Dominus ab
utero vocauit me: de ventre matris
mee recordatus eſt nominis mei.
Et poſuit os meum quaſi gladium
acutum: in vmbra manus ſue pro
texit me. et poſuit me quaſi ſagittã
electam. In pharetra ſua abſcõdit
me: et dixit mihi. Seruus meus
es tu iſrael: quia in te gloriabor. Et

nunc hec dicit dominus: formans
me ex utero seruum sibi. Dedi te in
lucem gentium: ut sis salus mea
usqꝫ ad extremum terre. Reges vide
bunt et consurgent principes: et ado
rabunt propter dominum deum tu
um: et sanctum israel qui elegit te.
PRiusquam te for Gr.
marem in utero noui te. et
antequam exires de ventre sanctifi
caui te. V. Misit dominus manū
suam et tetigit os meum et dixit
mihi. R. ij.
ALleluya. V. Inter natos
mulierum non surrexit maior ioan

ne baptista. Alleluya. prosa.

Gaude caterua diei presentis celebrans annuatim festum per quod totius mundi gaudent climata. Honore preclaro ac digno mens exultet pia dignos concentus modulans et organa. Angelorum letantur archangelorum et agmina. Sanctorum chorus omnis mira triumphat leticia. Cum quibus oleo lampas ioannes micat. Superans solis iubar luce chorusca. O quanta dei pietas. Iam zachariam senio labentem celestis affatur nuncius

proferens talia. Oratio deo tua.
Eſt exaudita grauida manebit
elizabeth uxor filium tibi paritura.
Quam felix quam digna quam
ſancta promiſſio uoce prolata an
gelica. Quam clarus in mundo
proceſſit flos hodie diuina ferens
aromata. Diuiſio.
Fulgore perhenni ecce rutilat
dies iſta ſeculo donans gaudia.
Lucerna ioannes celi perluſtrat
rem publicam ſplendidus dei gra
tia. Precellit patriarchas necnon
et prophetas. Angelis conſimilis
dignitate ſumma. O pluſquam

propheta. Gēma sanctorum cla
ra paradisi dyadema mundi stella
et lampas splendiflua. Victrici
palma. Sublimatus exultat in
ter choros angelorum cernens altā
deitatis vsyam. Tu seculi dominū
iordanis in fluenta. Meruisti tin
gere o ioannes baptista. Tam be
nigna tam gloriosa: meritorum
obtines insignia. Quis sanctorū
hac promeruit sublimari honoris
potentia. Fideles iam psallite lau
dibus dantes clara gaudia. De
uotis obsequijs colite modo hec solē
nia. Precursoris inclyta. Rex re

gium deus ſemper tibi ſumma pote
ſtas. Sit virtus laus et gloria.
Qui gubernas omnia. Iam
noſtrā clemens vocem fac tibi digniſ
ſima. Ioannis per merita. A
more flagranti noſtras mentes ir
radia. Concedens beata nobis in
dignis gaudia. Et tibi melos ſu
pernum laude perpetua Cantemus
tecum regnantes cuncta per ſecula.
Amen vox ſonet noſtra.

Sequentia ſancti evange
lij. Secundum Lucam.

In illo tempore: Elyza
beth impletum eſt tempus pariendi:

et peperit filium. Et audierunt vici
ni et cognati eius. quia magnifica
uit dominus miſericordiam ſuam
cum illa: et congratulabantur ei.
Et factum eſt in die octauo venerūt
circumcidere puerum. et vocabant
eum nomine patris ſui zachariā.
Et reſpondens mater eius dixit.
Nequaquam: ſed vocabitur ioan
nes. Et dixerunt ad illam: quia
nemo eſt in cognatione tua. qui
vocetur hoc nomine. Innuebant
autem patri eius: quem vellet voca
ri eum. Et poſtulans pugillarem:
ſcripſit dicens. Joannes eſt nomē

eius: Et mirati sunt vniuersi.
Apertum est autem ilico os eius et
lingua eius: et loquebatur benedi
cens deum. Et factus est timor su
per omnes vicinos eorum: et super
omnia montana iudee, diuulgabā
tur omnia verba hec. Et posuerunt
omnes qui audierant in corde suo
dicentes. Quis putas puer iste
erit? Etenim manus domini: erat
cum illo. Et zacharias pater eius
impletus est spiritu sancto: et pro
phetauit dicens. Benedictus do
minus deus israel: quia visitauit et
fecit: redemptionem plebis sue.

Credo in vnum deum. Offr.

Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus que in libano eſt multiplicabitur. Secreta.

Tua domine muneribus altaria cumulamus illius: nobis per hec opē adeſſe poſcentes: et natiuitatem honore debito celebrantes qui ſaluatorem mundi et cecinit affuturū: et adeſſe monſtrauit. Dominū noſtrum ieſum chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti ds.

Benedictio.

Benedicat vos omnipo
tens deus beati ioannis
baptiste intercessione cu
ius hodie natalicia celebratis con
cedatq; ut cuius solennia colitis.
patrocinia sentiatis. Amen.
Illius obtentu ab omnibus
aduersis tueamini et bonis omni
bus perfruamini. qui aduentum
redemptoris mundi necdum na
tus cognouit. matris sterilitatem
nascendo abstulit. patris linguā
natus absoluit. Amen.
Quatinus ipsius agni quem
ille digito ostendit. cuius inmola

tione

L. I.

tione estis redempti. ita virtutu̅
laus vestri. et innocentiam va
leatis imitari. ut ei in eterne pa
trie felicitate possitis adiungi.
Amen.
Quod ipse prestare dignet*ur*.
cuius regnum et imperium sine
fine permanet in secula seculo*rum*.
Amen.
Benedictio dei omnipoten
tis pa ✠ tris et fi ✠ lij, et spirit*us*
✠ sancti, super vos descendat.
Amen. Agnus dei. co.
Tu puer propheta altissimi
vocaberis. preibis enim ante facie*m*

dominum parare vias eius. Post co.
Sumat ecclesia tua deus
beati ioannis baptiste
generationē leticiam:
per quem sue regenerationis cogno
uit auctorem. Dominum no
strum iesum christum filium tuū.
Qui tecum viuit et regnat in vni
tate spiritus sancti deus. Per om
nia secula seculorum. Amen.
Dominus vobiscum.
Ite missa est. Deo gratias.

In die apostolorum petri et pauli.
Ad missam. Introitus.



Nunc ſcio uere quia miſit dominus angelum ſuum et eripuit me de manu herodis et de omni expectatione plebis iudeorum. ps. Domine probaſti me et cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam et reſurrectionem meam. Ant. Nunc ſcio uere. Gloria patri et filio et ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio et nunc et ſemper et in ſecula ſeculorum amen. Ant.

Nunc ſcio. Kyrie eleiſon. iij.
Chriſte eleiſon. iij. Kyrie el'. iij.
Gloria in excelſis deo.
Pax vobis. Collecta.

Deus qui hodiernam diē
apoſtolorum tuorum
petri et pauli martyrio conſecraſti:
da eccleſie tue eorum in omnibus
ſequi preceptum, per quos religio
nis ſumpſit exordium. Per do
minum noſtrum ieſum chriſtum
filium tuum. Qui tecum viuit
et regnat in vnitate ſpiritus ſan
cti deus. Per omnia ſecula ſe
culorum.

Lectio actuũ apoſtolorũ.

IN diebus illis. Miſit
herodes rex magnus: ut
affligeret quoſdam de eccleſia. Oc
cidit autem iacobum fratrem ioã
nis gladio. Videns autem quia
placeret iudeis: appoſuit apprehende
re et petrum. Erant autem dies
azimorum. Quem cum apprehẽ
diſſet miſit in carcerem: tradenſq;
quatuor quaternionibus militum
cuſtodiendum. volens poſt paſcha
producere eum populo. Et petrus
quidem ſeruabatur in carcere.
Oratio autem fiebat ſine inter

miſſione ab eccleſia ad deum pro
eo. Cum autem producturus eũ
eſſet herodes: in ipſa nocte erat pe
trus dormiens inter duos milites.
vinctus cathenis duabus. Et cu
ſtodes ante hoſtium: cuſtodiebant
carcerem. Et ecce angelus domini
aſtitit. et lumen refulſit in habita
culo. Percuſſoq; latere petri: exci
tavit eum dicens. Surge veloci
ter. Et ceciderunt cathene de mani
bus eius. Dixit autem angelus
ad eum. Precingere: et calcia te ca
ligas tuas. Et fecit ſic. Et dixit
illi. Circumda tibi veſtimentum

tuum: et ſequere me. Et exiens ſeq-
batur eum. Et neſciebat quia verū
eſt: quod fiebat per angelum. Eſti-
mabat autem ſe viſum videre. Trāſe-
untes autem primam et ſecundam
cuſtodiam: venerunt ad portam fer-
ream que ducit ad ciuitatem. que ul-
tro aperta eſt eis. Et exeuntes pro-
ceſſerunt vicum vnum: et continuo
diſceſſit angelus ab eo. Et petrus ad
ſe reuerſus dixit. Nunc ſcio vere quia
miſit dominus angelum ſuum: et
eripuit me de manu herodis. et de om-
ni expectatione: plebis iudeorum.

Graduale.

Conſtitues eos principes ſup
omnem terram: memores
erunt nominis tui domine. verſus.
Pro patribus tuis nati ſunt tibi
filij: propterea populi confitebunt
tibi. R. Alleluya. V. Tu es
petrus et ſuper hanc petram edifica
bo eccleſiam meam. Beatus es
ſymon petre. quia caro et ſanguis
non revelavit tibi. ſed pater meus
qui eſt in celis. Alleluya. proſa.
Laude iocunda melos tur
ma perſona. Iungen
do verba ſymphonia rith
mica. Concrepans inclyta armo

nia. vera ſecli lumina. Luce qui
aurea illuſtrarunt mundi regna
omnia. Ternant fortia. iam
quorum trophea. in celi regia.
Quorum merita. diſſoluunt cri
mina. hac die fulgida. Nam al
ter crucis ſupplicia triumphans al
ter enſis iugula. uterque nitet laurea.
Et ſuper ſublimes ſydera. inſignes
victoria celica. prelati ſunt in curia.
Hinc beate petre: qui maxima reſe
ras claudis verbo celi limina. Su
me pius vota fidelia peccati cuncta re
ſoluendo vincula. Sacra paule
ingere dogmata illuſtrans plebis

pectora. E t quouſqꝫ det deus perfe
cta ultra fer mentem ſydera. D ul
cis qua reſultat muſica virtutum
fidibus. atqꝫ melos concinna.
I n qua ſymphonia miſcetur: et
illa que vere dyateſſaron prima.
C onſtans virtute, et iuſticia.
T emperantia et prudẽtia. Q ui
bus ſupra agmina rite decorata
chriſto cantica: pſallant en armo
nia. N oſtra ſint quorum ſocia
illa dent lumina quis preconia da
mus yperlirica. S ublime dicant
nunc omnia. A men redempta
alleluya.

Sequentia ſancti euangelij Se-
cundum Matheum.

In illo tempore. Venit
dominus ieſus in partes
ceſaree philippi: et interrogabat di
ſcipulos ſuos dicens. Quem di
cunt homines eſſe filium hominis?
At illi dixerunt. Alij ioannem ba
ptiſtam: alij autem helyam: alij
vero hieremiam: aut vnum ex pro
phetis. Dicit illis ieſus. Vos au
tem quem me eſſe dicitis? Reſpon
dens ſymon petrus: dixit. Tu es
chriſtus filius dei viui. Reſpondens
autem ieſus: dixit ei. Beatus es

ſymon bariona: quia caro et ſan
guis non reuelauit tibi. ſed pater
meus qui in celis eſt. Et ego dico
tibi. quia tu es petrus. et ſuper hanc
petram edificabo eccleſiam meam:
et porte inferi non preualebunt ad
uerſus eam. Et tibi dabo claues re
gni celorum. Et quodcumque liga
ueris ſuper terram: erit ligatum
et in celis. Et quodcumque ſolueris
ſuper terram: erit ſolutum et in celis.
Credo in unum deum. Offr.
Conſtitues eos principes ſu
per omnem terram: memo
res erunt nominis tui in omni pro

genie et generatione. Secreta.

Hostias domine quas nomini tuo consecrandas offerimus. apostolica prosequatur oratio: per quam nos expiari tribuas et defendi. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitate spiritus sancti deus.

Prefatio. Equum et salutare. Te domine suppliciter exor. Benedictio.

Benedicat vobis omnipotens deus qui vos beati petri saluberrima

confeſſione in eccleſiaſtice fidei
fundauit ſoliditate. Amen.
Et qui vos beati pauli ſanctiſſi
ma inſtruxit predicatione. ſua tu
eatur gratiſſima defẽſione. Amẽ.
Quatinus petrus claue. pau
lus ſermone utriqꝫ intercesſione
ad illam vos certent patriam in
troducere. ad quam illi alter cruce
alter gladio hodierna die peruene
re. Amen.
Quod ipſe preſtare dignetur.
cuius regnum et imperium ſine fi
ne permanet in ſecula ſeculorum.
Amen.

Benedictio dei omnipotentis patris et filij et spiritus sancti. super vos descendat. Amen. Agnus dei. Co[m]io.

Symon ioannis diligis me plus his. domine tu o[m]nia nosti tu scis domine quia amo te. Vos ecce. Post co[m]io.

Quos domine alimento satiasti: apostolicis intercessionibus ab omni aduersitate custodi. Per dominum nostru[m] iesum christum filium tuum. qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia

secula

ſecula ſeculorum. Amen. Dñs vobiſcum. Et cum ſpũ tuo. Ite miſſa eſt. Deo grãs. Placeat tibi ſctã.

In viſitatione beate marie virginis.



Ad miſſã Intr.

Gaudeamus omnes in domino diem feſtum celebrantes ſub honore marie virginis: de cuius viſitatione gaudent angeli et collaudant filium dei. ps. Eructauit cor meum verbum bonum: di

co ego opera mea regi. Introitus.
G audeamus. G loria patri
et filio et ſpiritui ſancto. S icut
erat in principio et nunc et ſemper
et in ſecula ſeculorum amen. Intr.
G audeamus. K yrie eleiſon.
iij. C hriſte eleiſon. iij. K yrie
eleiſon. iij. G loria in excelſis dō.
P ax vobis. Collecta.
D Eus qui preſentem feſti
uitatem in ieſu chriſti
filij tui, et marie virginis matris
eius laudibus venerari feciſti: pre
ſta queſumus. ut qui eiuſdem hu
militatis, et gaudiorum quibus

elizabeth visitauit solemnia cele
bramus, in eorum memoria et
gaudijs iugiter maneamus.
Per eundem dominum nostrū
iesum christum filium tuum, qui
tecum viuit et regnat in vnitate
eiusdem spiritus sancti deus. Per
omnia secula seculorum.

Lectio libri Sapientie.

Ecce iste venit saliens
in montibus: transili
ens colles. Similis est dilectus
meus meus capree hinnuloqꝫ
ceruorum. En ipse stat post pari
etem nostrum respiciens per fene

stras:

ſtras: proſpiciens per cancellos.
En dilectus meus loquitur mihi.
Surge propera amica mea: co
lumba mea formoſa mea et veni.
Iam enim hyems tranſijt: imber
abijt et receſſit. Flores apparuerūt
in terra noſtra: tempus putatio
nis aduenit. Vox turturis au
dita eſt in terra noſtra: ficus pro
tulit groſſos. vinee florentes dede
runt odorem ſuum. Surge pro
pera amica mea ſpecioſa mea et ve
ni: columba mea in foraminibus
petre. in cauernis macerie. Oſten
de mihi faciem tuam: ſonet vox tua

in auribus meis. Vox enim tua
dulcis: et facies tua decora. Gr.
Audi filia et vide et inclina
aurem tuam quia concu
pivit rex speciem tuam. V. Spe
cie tua et pulchritudine tua inten
de prospere procede et regna. R.
Alleluya. V. Nobilis atque
pia nos protege virgo ma
ria sis via virtutis reparatrix al
ma salutis humane. Alleluya.
Marie preconio Prosa.
Serviat cum gaudio fer
vens desiderio verus a
mor. Amoris suffragio prese

tetur filio matris in obsequio cor
dis clamor. Ave salus homi
num virgo decus virginum te de
cet post dominum laus et honor.
Tu rosa tu lilium cuius dei
filium carnis ad connubium tra
xit odor. Ave manans sacie fōs
misericordie vera mentis saucie
medicina. Tu pincerna venie
tu lucerna gratie tu superna glo
rie es regina. Ave carens carie
speculum mundicie venustans
ecclesie sacramentum. Tu finis
miserie tu ver es leticie pacis et con
cordie condimentum. O felix

puerpera nostra pians scelera iu
re matris impera redemptori.
Da fidei federa dans salutis opera
da in vite vespera bene mori. Amē.

Sequentia sancti euangelij.
Secundum Lucam.

In illo tempore. Exur
gens maria. abijt in
montana cum festinatione in ci
uitatem iuda: et intrauit in do
mum zacharie, et salutauit eli
sabeth. Et factum est ut audiuit
salutationem marie elizabeth:
exultauit infans in utero eius.
Et repleta est spiritu sancto eliza

beth: et exclamauit voce magna, et
dixit. Benedicta tu inter mulie
res: et benedictus fructus ventris
tui. Et vnde hoc mihi: ut veniat ma
ter domini mei ad me? Ecce enim
ut facta est vox salutationis tue i
auribus meis: exultauit infans i
gaudio: in utero meo. Et beata
q credidisti: quoniam perficient
ea que dicta sunt tibi a domino.
Et ait maria. Magnificat: ani
ma mea dominum. Et exultauit
spiritus meus: in deo salutari meo.
Quia respexit humilitatem ancil
le sue: ecce enim ex hoc beatam me

dicent omnes generationes. Quia
fecit mihi magna qui potens eſt:
et ſanctum nomen eius. Et miſe
ricordia eius a progenie in proge
nies timentibus eum. Fecit poten
tiam in brachio ſuo: diſperſit ſuper
bos mente cordis ſui. Depoſuit potē
tes de ſede: et exaltauit humiles. Eſu
rientes impleuit bonis: et diuites
dimiſit inanes. Suſcepit iſrael
puerum ſuum: recordatus miſeri
cordie ſue. Sicut locutus eſt ad pa
tres noſtros: abraham et ſemini eius
in ſecula. Manſit autem maria
cum illa quaſi menſibus tribus: et

reuerſa eſt, in domum ſuam.
Credo in vnum deum. Offz
Aue maria gratia plena do
minus tecum benedicta tu
in mulieribus et benedictus fru
ctus ventris tui. Secreta.
Salutaris victime obla
tionem tibi deus omni
potens pater immola
mus ſuppliciter deprecantes: ut
ſicut intemerate virginis marie
viſcera ieſu chriſti filij tui gloria il
luſtraſti, quod te in ſpiritu exulta
tionis et leticie magnificaret ita
penetralia cordis noſtri ſpiritus

ſancti digneris ſuauitate perfun
dere: quatinus ſacro deliniti cariſ
mate veniam conſequi peccatorū:
terꝫ nunc et ſemper pijs mentibus
magnificare mereamur. Per eū
dem dominum noſtrum ieſum
chriſtum filium tuum. Qui te
cum viuit et regnat in vnitate eiuſ
dem ſpiritus ſancti deus. Prefa
tio. Et te ī viſitatione. Bene
Omnipotens dictio.
deus qui myſterium
incarnationis filij ſui
ab angelo nuntiatum in viſita
tione beate marie per exultationē

ioannis in utero et exclamatione
matris eius elizabeth amplius ma
gnificare dignatus est: vos assidu
a visitatione sua consoletur: et a
cunctis periculis eruat. Amen.
Cuiusque semper et ubique patro
cinia sentiatis: ex cuius inteme
rato utero angelo nunciante au
ctorem vite suscipere meruistis.
Amen. .an
Et qui ad eius festivitatem ce
lebrandam hodierna die devotis
mentibus convenistis: spiritua
lium gaudiorum et eternorum
premiorum vobiscum munera re

portetis. Amen.
Quod ipse prestare dignetur.
Cuius regnum et imperium
sine fine permanet in secula secu
lorum. Amen.
Benedictio dei omnipoten
tis pa ✠ tris, et fi ✠ lij,
et spiritus ✠ sancti super vos de
scendat. Amen. Coio.
Diffusa est gratia in labijs
tuis propterea benedixit te
deus in eternum. Post coio.
Refecti et renouati sacro
celestis alimonie pabu
lo immensam clemen

tiam tuam flagitamus domine deus noster, ut qui visitationis feſta peragimus: in ieſu chriſti filij tui et virginis marie matris eius laudibus: indeſinenter maneamus. Per eundem dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitate eiuſdem ſpiritus sancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Ite miſſa eſt.

In tranſlatione beati martini epiſcopi et confeſſoris. Ad miſſam. Introit.



Tatuit ei do
minus teſta
mentum pa
cis. et princi
pem fecit eũ.
ut ſit illi ſa
cerdotij dignitas in eternum. ps.
M iſericordias domini: in eternũ
cantabo. Intr. S tatuit. G loria
patri et filio et ſpiritui ſancto. S i
cut erat in principio et nunc et ſemp,
et in ſecula ſeculorum amen. Intr.
S tatuit. K yrie eleiſon. iij.
C hriſte eleiſon. iij. K yrie el'. iij.
G loria in excelſis deo.

Pax vobis. Collecta.

Deus qui populo tuo
eterne ſalutis beatum
martinum miniſtrum
conceſſiſti: preſta queſumus: vt
qui executor mandatorum tuorũ
extitit in terris: interceſſor noſter ſe
per eſſe dignetur in celis. Per
dominum noſtrum ieſum chriſtũ
filium tuum. Qui tecum viuit et
regnat in vnitate ſpiritus ſcti deus. Per
oĩa ſecla ſeclor. Lectio libri Sapiẽtie.

Ecce ſacerdos magnus
qui in diebus ſuis pla
cuit deo: et inuentus eſt

iuſtus.

iuſtus. Et in tempore iracundie fa
ctus eſt reconciliatio. Non eſt inuē
tus ſimilis illi: qui conſeruaret le
gem excelſi. Ideo iureiurando: fe
cit illum dominus creſcere in ple
bem ſuam. Benedictionem om
nium gentium dedit illi: et teſta
mentum ſuum confirmauit ſu
per caput eius. Cognouit eum in
benedictionibus ſuis: conſerua
uit illi miſericordiam ſuam et inue
nit gratiam coram oculis domini.
Magnificauit eum in conſpectu re
gum: et dedit illi coronam glorie.
Statuit illi teſtamentum ſempi

ternum: et dedit illi ſacerdotium
magnum et beatificauit illum
in gloria. Fungi ſacerdotio: et
habere laudem in nomine ipſius.
Et offerre illi incenſum dignũ:
in odorem ſuauitatis. Grad.
Iurauit dominus et non
penitebit eum tu es ſacer
dos in eternum ſecundum ordinẽ
melchiſedech. V. Dixit dominus
domino meo ſede a dextris meis.
Alleluya. V. Sum Rx.
Ame dei confeſſor martine
te venerantes protege namqz credi
mus tuis precibus nos poſſe ſal

nari. Alleluya. Proſa.
Martini preconium diui
dentis pallium attollat
humilium cordis clamor. Amo
ris conubium fit ei cenobium cu
ius neſcit otium verus amor.
Aue gemma preſulum ſanctita
tis ſpeculum te decet in ſeculum
laus et honor. Tu ſolamen pau
perum quem ad culmen operum
ſacer regis ſiderum traxit odor. A
ue cuius precibus ſoſpitatis omni
bus datur egrotantibus medicina.
Tu prece conuinceris cum amo
tis ceteris te ſeruiri pateris a regina.

Aue qui signaculo ignis patris sedulo dum offers in populo sacramentum. Tu diuino munere vocas tres de funere tu pacis es liber condimentum. O martine propera nos a culpis libera pioque confedera redemptori. Da virtutum munera charitatis opera et in vite vespera bene mori. Amen.

Sequentia sancti euangelii secundum Lucam.

In illo tempore. Dixit dominus iesus discipulis suis. Sint lumbi vestri precincti: et lucerne ardentes. Et vos

similes hominibus expectantibus
dominum suum: quando reuer
tatur a nuptijs ~~a nuptijs~~. ut cu̅
uenerit et pulsauerit confestim ape
riant ei. Beati serui illi: quos
cum uenerit dominus. inuenerit
vigilantes. Amen dico vobis:
quod precinget se et faciet illos
discumbere. et transiens ministra
bit illis. Et si venerit in secunda
vigilia. et si in tercia vigilia vene
rit et ita inuenerit: beati sunt ser
ui illi. Hoc autem scitote. quonia̅
si sciret pater familias qua hora
fur veniret: vigilaret vtiqz. et no̅

N 3.

ſineret perfodi domum ſuam. Et
vos eſtote parati: quia qua hora
non putatis. filius hominis veni
et. Credo ĩ unũ deum. Offr.
Veritas mea et miſericordia
mea cum ipſo et in nomine
meo exaltabitur cornu eius. Secret.
Omnipotens ſempiterne
deus. munera tue pieta
ti oblata. per interceſſio
nem beati martini confeſſoris tui
atqꝫ pontificis. ad perpetuam fac
nobis proficere ſalutem. Per
dominum noſtrum ieſum chriſtũ
filium tuum. Qui tecum vivit

et regnat in unitate ſpiritus ſcti
deus.
Adiutorium noſtrum ī no
mine domini. Qui fecit
cel'. Sit nomen domini benedi
ctum. Ex hoc nūc. Benedictio.
Omnipotens deus qui be
atum martinum pre
ſulem tuum ita predeſti
naſti. ut gratie tue perēniter inhe
res aſtrigi: erige vota populi. qui
pretuliſti glorioſa merita confeſ
ſori. Amen.
Proficiat his ad fructum. quic
quid in ſacerdote pro laude tui no

No 4.

nimus amplectuntur: ut hec plebs
eius interceſſione conſequatur ve-
niam. qui te remunerante felici
ſeruicio peruenit ad gloriã. Amen.
Sit ipſe confeſſor huius popu-
li aſſiduus cuſtos: qui te vocante
hodie penetrauit celos. Amen.
Quod ipſe preſtare dignetur.
cuius regnum et imperium ſine
fine permanet in ſecula ſeculorum.
Amen.
Benedictio dei omnipoten-
tis pa ✠ tris, et fi ✠ lij, et ſpi-
ritus ✠ ſancti ſuper vos deſcen-
dat. Amen. Communio.

BEatus ſeruus quem cum
venerit dominus inuenerit
vigilantem. amen dico vobis ſu
per omnia bona ſua conſtituet
eum. Poſt coīo.

SAcramenta ſalutis no
ſtre ſuſcipientes: conce
de queſumus miſericors deus, ut
beati martini nos ubiqꝫ oratio
adiuuet, in cuius veneratione hec
tue obtulimus maieſtati. Per
dominum noſtrum ieſum chriſtū
filium tuum. Qui tecum viuit
et regnat in vnitate ſpiritus ſācti
deus. Per omnia ſecula ſeculoꝝ.

In die aſſumptionis beate marie virginis. Intr.



Gaudeamus omnes in domino diem feſtum celebrantes, ſub honore marie virginis de cuius aſſumptione gaudent angeli et collaudant filium dei. ps. Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Intr. Gaudeamus. ps. Gaudent angeli et exultant archangeli, et collaudant filium dei. Intr. Gaudea

nius. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum amen. Intr. Gaudeamus. Kyrie eleison. iij. Christe eleison. iij. Kyrie eleison. iij. Gloria in excelsis deo.

Pax vobis. Collecta.

Veneranda nobis domine huius diei festiuitas opem conferat sempiternam. in qua sancta dei genitrix mortem subijt temporalem: nec tamen mortis nexibus deprimi potuit que filium tuum dominum nostrum de se ge

nuit

nuit incarnatum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate eiuſdē ſpiritus ſancti deus. Per ōnia ſecula ſeculorum.

Lectio libri Sapientie.

In omnibus requiem queſiui: et in hereditate domini morabor. Tunc precepit et dixit michi creator omnium: et qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. et dixit mihi. In iacob inhabita. et in iſrael hereditare: et in electis meis mitte radices. Et ſic in ſyon firmata ſum: et in ciuitate ſanctificata ſimili

ter requieui, et in hieruſalem po
teſtas mea. Et radicaui in popu
lo honorificato: et in partes dei
mei hereditas illius. Et in pleni
tudine ſanctorum detentio mea.
Quaſi cedrus exaltata ſum in ly
bano: et quaſi cypreſſus in monte
ſyon. Quaſi palma exaltata ſum
in cades: et quaſi plantatio roſe in
hierico. Quaſi oliua ſpecioſa in
campis: et quaſi platanus exalta
ta ſum iuxta aquam. In plateis
ſicut cynamomum et balſamum
aromatizans odorem dedi. Quaſi
myrra electa: dedi ſuauitatem odoris.

Deo gratias. Gr.

Propter veritatem et man
suetudinem et iusticiam et dedu
cet te mirabiliter dextera tua. V.
Audi filia et vide et inclina au
rem tuam quia concupivit rex spe
ciem tuam. Rx.

Alleluya. V. Hodie maria
virgo celos ascendit gaude
te quia cum christo regnat in eter
num. Alleluya. Rx.

Alleluya. V. Assumpta
est maria in celum gaudent ange
li laudantes benedicunt dominum.
Alleluya. Prosa.

ARea virga prime, ma
tris eve florens roſa.
proceſſit maria. Ni
tet ut lucifer: inter aſtra ethera, per
pulcra ut luna. Fragreſcit ultra
omnia balſama: pigmenta et thy
miamata. Purpurea ut viola:
roſcida ut roſa: candens ut lilia.
Patris ſummi quam elegit pro
les deica. ut aſſumeret carnem ſa
croſanctam ex virginis carne incor
rupta. Miſſus nunciat gabriel
nova gaudia: eterni regis exortum
in terra. matremqꝫ eius ita ſalutat.
Ave maria domini mei: mater

alma celica: plena gratia. Tu
benedicta regem in secula paries
effecta orbis regina. Secunda
ergo inquit quomodo esse queam
cum virum non agnoscam ex
quo sum nata sed semper perma
nens virgo pudica. Ne timeas
respondit angelus sanctum pneu
ma descendet in te casta quo fecun
data paries deum et hominem u
na. O vere scā atq3 amāda. ex qua
orta redemptio nostra: salus quo
q3 mundi: veraq3 vita. O dei no
stri genitrix pia suscipe nostra hac
die precata in qua es assumpta

ad celi claustra. Tu es enim pa
tri cara. tu es iesu mater bona. tu sā
cti spiritus es templum facta.
Tu es pulcra dei sponsa. tu regē
christum enixa: domina es in celo
et in terra. Hodie namqꝫ curie
celestis tibi obuia agmina te as
sumpserunt: ad palatia stellata.
Iesus et ipse festiuus tibi ma
tri cum angelis: occurrens sede pa
terna, secum locauit in secla. Iā
cum deo regnans nostra excusa cle
mens mala poscens cuncta bona.
o benigna. Mediatrix nostra:
que es post deum spes sola, tuo fi

D 1.

lio nos repreſenta. Et in poli
aula: leti iubilemus alleluya.
Amen. Sequentia ſancti euā-
gelij: Secundū lucā.
In illo tempore. Reple-
ta eſt ſpiritu ſancto ely-
zabeth: et exclamauit voce magna,
et dixit ad mariam. Benedicta
tu inter mulieres: et benedictus
fructus ventris tui. Et vnde hoc
michi: ut veniat mater domini
mei ad me? Ecce enim ut facta eſt
vox ſalutationis tue in auribus
meis: exultauit in gaudio īfans
in utero meo. Et beata que credi-

dit: quoniam perficientur ea que
dicta sunt ei a domino. Et ait ma
ria. Magnificat anima mea do
minum. Et exultauit spiritus me
us: ī deo salutari meo.

Credo in vnum deum. Offer.

Diffusa est gratia in labijs
tuis propterea benedixit te
deus in eternū et ī sclm sclī. Secret.

Subueniat domine ple
bi tue dei genitricis ora
tio. quam et si pro con
ditione carnis migrasse cogno
scimus. in celesti gloria apud te

pro nobis orare sentiamus. Per eundem dominum nostrum iesum christum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate eiusdem spiritus sancti deus.

Prefatio. Eterne deus. Et te assumptione beate marie.

Adiutorium nostrum in nomine domini. Qui fecit cel. Sit nomen domini benedictum. Ex hoc nunc. Benedictio.

Omnipotens sempiterne deus qui vnigenitum filium tuum dominum nostrum iesum christum. quem

celi terreqꝫ vix capere valuerunt.
infra aluum virginis marie cō
tinere voluisti. presta quesumus
ut ipsam pro nobis intercedere sē
tiamus. per quam meruimus
auctorem vite suscipere. Amen.
Dignare super hanc familiam
tuam lumen misericordie tue ostē
dere. qui filium tuum voluisti na
sci de virgine. ut qui eius sangui
ne sunt redempti. tua semper dexte
ra sint protecti: ut et in presenti
vita positi. tua iugi misericordia
sint defensi. atqꝫ ad eternam bea
titudinem te protegente sint perdu

eci. Amen.

Et quia hac die aſſumptionem
ſacratiſſime virginis dei genitri
cis marie celebramus devoti. quā
ſuper choros angelorum paradyſi
ſedibus collocaſti. eiuſdem nos
ſuffragijs poſt abiectam carnis
ſarcinam ad eterna iubeas regna
perduci. Amen.

Quod ipſe preſtare dignetur.
Cuius regnū et imperium
ſine fine permanet in ſecula ſecu
lorum. Amen.

Benedictio dei omnipoten
tis patris ✠ et filij ✠ et

spiritus ✠ sancti super vos de
scendat. Amen. Coīo.
Dilexisti iusticiam et odisti
iniquitatem propterea
vnxit te deus deus tuus. Post cō.
Mense celestis participes
effecti imploramus,
clementiam tuam do
mine deus noster: ut qui festa dei
genitricis colimus. a malis im
minentibus eius intercessionibus
liberemur. Per eundem domi
num nostrum iesum christum
filium tuum. Qui tecum viuit
et regnat in vnitate eiusdem spi

D. 4.

ritus ſancti deus. Per omnia
ſecula ſeculorum. Amen. Do
minus vobiſcum. Et cũ ſpũ tuo.
Ite miſſa eſt. Deo grãs.

In natiuitate beate marie virginis

Introitus.



Gaudeamus
omnes in
domino diē
feſtum cele
brantes ſub
honore marie virginis de cuius
natiuitate gaudent angeli et col
laudant filium dei. ps. Eructa
uit cor meum verbum bonum: di

co ego opera mea regi. Introitus. Gaudeamus. ps. Gaudent angeli et exultant archangeli: et collaudant filium dei. Introitus. Gaudeamus. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorum amen. Introitus. Gaudeamus.

Kyrie eleison. iij. Christe eleison. iij. Kyrie el'. iij.

Gloria in excelsis deo.

Pax vobis. Collecta.

Famulis tuis domine celestis gratie munus impartire. ut quibus beate virginis

partus extitit ſalutis exordium:
natiuitatis eius votiua ſolemni
tas. pacis tribuat incrementum.
Per eundem dominum noſtrū
ieſum chriſtum filium tuum. qui
tecum viuit et regnat in vnitate
eiuſdem ſpiritus ſancti dei deus.
Per omnia ſecula ſeculorum.

Lectio libri Sapientie.

Dominus poſſedit me
initio viarum ſuarū:
antequam quicquam
faceret a principio. Ab eterno ordi
nata ſum et ex antiquis: anteq̄
terra fieret. Necdum erant abyſſi.

et ego iam concepta eram. Necdū
fontes aquarum eruperant: necdū
montes graui mole conſtiterant.
Ante colles ego parturiebar. adhuc
terram non fecerat. et flumina et
cardines orbis terre. Quando pre
parabat celos aderam. quando certa
lege et giro vallabat abyſſos. Quā
do ethera firmabat ſurſum: et lib
rabat fontes aquarum. Quando
circundabat mari terminum ſuū:
et legem ponebat aquis. ne tranſi
rent fines ſuos. Quando appende
bat fundamenta terre. cum eo eram
cuncta componens. et delectabar per

ſingulos dies. ludens coram eo
omni tempore. ludens in orbe terra
rum. Et delitie mee. eſſe cum filijs
hominum. Nunc ergo filij audite
me. beati qui cuſtodiunt vias meas.
Audite filij diſciplinam. et eſtote ſa
pientes: et nolite abicere eam. Bea
tus homo qui audit me. qui vigi
lat ad fores meas cotidie: et obſer
uat ad poſtes oſtij mei. Qui me in
uenerit. inueniet vitam: et hauri
et ſalutem a domino. ℟.

Benedicta et venerabilis es vir
go maria. que ſine tactu pu
doris inuenta es mater ſaluatoris.

℣. Virgo dei genitrix quem totus
non capit orbis. in tua se clausit
viscera factus homo. ℟.
Alleluya. ℣. Nativitas glo
riose virginis marie ex semi
ne abrahe orta de tribu iuda. clara
ex stirpe david. Alleluya. Prosa.
Alle celeste. necnon et perē
ne luya. Dic parapho
nista cum mera sympho
nia. Turba hec canora, pallinodi
as canta. Nam omnis usya hāc
christi genitricem die ista. Non
gaudet exortam. per quam sibi su
blatam, capit vitam. Davidica

ſtirpe ſata. dauidis ad ſceptra eſt
regenda. prole fecundata. Nec
grauidata viſcera ſunt tamen
per vlla patris membra. ſed ex fi
de ſola. Ab arce ſumma āgelus
aſtat maria inquit alma, aue
plena. Gratia ſacra et benedi
cta. inter feminas omnes paritu
ra. Regem qui dira mortis vin
cula. damnauit mira cum poten
tia. ſuum plaſma ſoluens ſponte
ſua. atq; beatam donans vitam.
Sit mox puella verbis credula. ſe
puerperam ſtupet et caſtam. natū
geſtans ſpecioſum forma. regē tem

cuncta orbis regna. Hec eſt vir
ga non irrigata. ſed dei gratia
florigera. Hec eſt ſola cunctorū
libera. materna obſcurans piacula.
Velut roſa decorans ſpineta ſic
quod ledat, nil habet maria. Ma
ter eua quod attulit prima ſponſa
chriſti effugat mā. O virgo ſola.
mater caſta, noſtra crimina. Sol
ue dans regna. quis beata regnant
agmina. Potes enim cuncta. ut
celi regina et iura. Cum nato om
nia. decernis in ſecla. et ultra ſubni
xa, es in gloria. Cherubin electa
ſeraphinque agmina. nam iuxta

filium posita sedes in dextera. ru
tilat virtutis lampas et socia.
Nativitas unde gaudia. nobis
hodie affert annua. Et reso
nat camenis aula. in laude tua
virgo maria. Gaudet per cli
mata orbis ecclesia. dicens alle
luya. Quod et palatia celi cla
mant intima. usque dantia preco
nia Amen.

Initium sancti evangelij Se-
cundum Marcum.

Liber generationis iesu
christi filij david: filij
abraham. Abraham: genuit isa

ac autem: genuit iacob. Iacob
autem: genuit iudam. et fratres
eius. Iudas autem: genuit
phares et zaram de thamar.
Phares autem: genuit esrom.
Esrom autem: genuit aram.
Aram autem: genuit amina
dab. Aminadab autem: genu
it naason. Naason autem: ge
nuit salmon. Salmon autem:
genuit booz de rachab. Booz
autem: genuit obed ex ruth.
Obed autem: genuit iesse. Iesse
autem: genuit dauid regem.
Dauid autem rex: genuit salo

monem

p1.

monem ex ea, que fuit vrie. Sa
lomon autem: genuit roboam.
Roboam autem: genuit abia.
Abia autem: genuit aſa. Aſa
autem: genuit ioſaphat. Ioſa
phat autem: genuit ioram. Io
ram autem: genuit oziam. Ozi
as autem: genuit ioatham. Ioa
tham autem: genuit achaz.
Achaz autem: genuit ezechiam.
Ezechias autem: genuit manaſ
ſem. Manaſſes autem: genuit
amon. Amon autem: genuit
ioſiam. Ioſias autem: genuit
iechoniam et fratres eius in trãſ

migratione babylonis. Et poſt
tranſmigrationem babylonis:
ieconias genuit ſalathiel. Sa
lathiel autem: genuit zorobabel.
Zorobabel autem: genuit abiud.
Abiud autem: genuit elyachim.
Elyachim autem: genuit azor.
Azor autem: genuit ſadoch. Sa
doch autem: genuit achim. Achĩ
autem: genuit elyud. Elyud
autem genuit eleazar. Eleazar
autem: genuit mathan. Mathã
autem: genuit iacob. Iacob au
tem: genuit ioſeph virum ma
rie. De qua natus eſt ieſus: qui

vocatur christus. ℟. Credo
in unum deum Offertor.
Ave maria gratia plena
dominus tecum benedicta
tu in mulieribus et benedictus fru
ctus ventris tui. t in
~~nativitate beate marie.~~ Secreta.
Unigeniti tui domine
nobis succurrat huma
nitas: ut qui natus de
virgine matris integritatem non
minuit sed sacravit in nativitatis
eius solemnijs a nostris nos pia
culis exuens: oblationem nostrã
sibi faciat acceptam. Qui tecum

viuit et regnat in vnitate eiuſdē ſpiritus ſancti deus. Prefatio.

Eterne deus. Et te ī natiuitate beate marie.

Adiutorium noſtrum ī nomine domini. Qui fecit celum. Sit nomen domini benedictum. Ex hoc nūc. Bñdictio.

Deus qui per beate marie virginis partum genus humanum dignatus eſt redimere: ſua vos dignetur benedictione locupletare. Amen.

Cuiuſqꝫ ſemper et ubiqꝫ patroci

ma ſentiatis. ex cuius inteme
rato utero angelo nunciante
auctorem vite ſuſcipere meru
ſtis. Amen.

Et qui ad eius celebrandam
feſtiuitatem hodierna die deuotis
mentibus conueniſtis: ſpirita
lium gaudiorum et eternorum
premiorum vobiſcum munera
reportetis. Amen.

Quod ipſe preſtare digne
tur. cuius regnum et im
perium ſine fine permanet in ſe
cula ſeculorum. Amen.

Benedictio dei omnipoten

tis pa ✠ tris, et fi ✠ lii, et ſpiri
tus ✠ ſancti, ſuper vos deſcen
dat. Amen. Orō.
Beata es virgo maria que
dominum portaſti creatorem
mundi intercede pro nobis.

Post communio.
Sumpſimus domine
celebritatis annue vo
tiua ſacramenta: preſta queſu
mus. ut et temporalis nobis vi
te remedia prebeant et future.
Per eundem dominum noſtrū
ieſum chriſtum filium tuum.
Qui tecum viuit et regnat in

vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti
deus. Per omnia ſecula ſeculo
rum. Amen. Dominus vo
biſcum. Et cum ſpũ tuo.
Ite miſſa eſt. Deo grãs.

In dedicatione eccleſie. Introitus.



Erribilis eſt locus iſte hic domus dei eſt et porta celi. et voca bitur aula dei alleluya. ṗ. Dominus regnauit decorem indutus

eſt: indutus eſt dominus fortitu-
dinem et precīxit ſe. Introitus.
Terribilis. ps. Fundamēta
eius in montibus ſanctis dili-
git dominus portas ſyon: ſuper
omnia tabernacula iacob. Intr.
Terribilis. ps. Gloria patri et
filio et ſpiritui ſancto. Sicut
erat in principio et nunc et ſem-
per: et in ſecula ſeculorum amē.
Intr. Terribilis.
Kyrie eleiſon. iij. Chriſte
eleiſon. iij. Kyrie el'.
Gloria in excelſis deo.
Pax vobis. Et cū ſpu

tuo. Collecta.

Deus qui nobis per ſi
gulos annos huius
ſancti templi tui conſecrationis
reparas diem. et ſacris ſemper
myſterijs repreſentas incolumes
exaudi preces populi. et preſta
ut quiſquis hoc templum bene
ficia petiturus ingreditur cun
cta ſe impetraſſe letetur. Per do
minum noſtrum ieſum chriſtum
filium tuum. Qui tecum viuit
et regnat in vnitate ſpiritus ſan
cti deus. Per omnia ſecula ſe
culorum.

Lectio libri apocalypſis beati ioan-
nis apoſtoli.

In diebus illis: Vidi
ciuitatem ſanctam hie-
ruſalē nouā deſcēdētē de celo, a deo
paratā ſicut ſponſam ornatam
viro ſuo. Et audiui vocem ma-
gnam: de throno dicentem. Ecce
tabernaculum dei cum homini-
bus: et habitabit cum eis. Et ipſi
populus eius erunt: et ipſe deus
cum eis erit eorum deus. Et ab-
ſterget deus omnem lachrymam
ab oculis eorum: et mors ultra
non erit. neqꝫ luctus. neqꝫ cla-

mor

mor. neqꝫ dolor erit ultra. que pri-
ma abierunt. Et dixit qui sede-
bat in throno: Ecce noua: facio
omnia. Graduale.

Locus iste a deo factus est
inestimabile sacramentum
irreprehensibilis est. ℣. Deus
cui astat angelorum chorus exau-
di preces seruorum tuorum. ℟.

Alleluya. ℣. Adorabo ad
templum sanctum tuum
et confitebor nomini tuo. Allã.

Quam di- Prosa.
lecta tabernacula domi-
ni uirtutum et atria.

Quam electi architecti tuta edi
ficia. Que non mouent immo
fouent ventus flumen pluuia.
Quam decora fundamenta
per concinna ſacramenta umbre
precurrentia. Latus ade dormi
entis eciam fudit in manentis
copule primordia. Archam li
gno fabricatam noe ſeruans
gubernatam per mundi diluuium.
Prole ſera tandem feta anus
ſarra ridens leta noſtrum lactans
gaudium. Seruus bibit qui le
gatur et camelis adaquatur ex
rebecce ydria. Hec in aures et ar

millas

millas aptat ſibi ut per illas vi
ro fiat congrua. Synagoga
ſupplantatur ab iacob dum
euagatur, nimis freta littere.
Lippam liam latent multa
quibus videns rachel fulta pari
nubit federe. In biuio tegens
nuda. geminos parit ex iuda.
thamar diu vidua. Hic mo
yſes a puella dum ſe lauat in
fiſcella. reperitur ſcyrpea. Hic
mas agnus immolatur. quo
iſrael ſaciatur, eius tutus ſan
guine. Hic tranſitur rubens
vnda. egyptios ſub profunda

obruens vorragine. Hic eſt vr
na manna plena. hic manda
ta legis dena ſed in archa federis.
Hic ſunt edis ornamenta. hic
aaron indumenta. que predit
poderis. Hic vrias viduatur.
bersabee ſublimatur, ſedis cõſors
regie. Hec regi varietate, veſtis
aſtat deaurate. ſic et regum filie.
Huc venit auſtri regina. ſalo
monis quam diuina condit
ſapientia. Nec nigra ſed eſt for
moſa. myrra et thure fumoſa,
virga pigmentaria. Sic futu
ra que figura. obumbrauit reſe

rauit. nobis dies gratie. Iam
in lecto cum dilecto. quieſcamus
et pſallamus. aſſunt enim nu
ptie. Quarum tonet principiū
in tubis epulantium. et finis
per pſalterium. Sponſum mil
lena milia. vna laudet melodia.
ſine fine dicentia alleluya allā.

Sequentia ſancti euangelij. Se
cundum Lucam.

In illo tempore. Egreſ
ſus dominus ieſus:
perambulabat hierico. Et ecce
vir nomine zacheus: et hic erat
princeps publicanorum. et ipſe

diues. Et querebat videre iesum
quis esset: et non poterat pre tur
ba. quia statura pusillus erat.
Et precurrens ascendit in arbo
rem sychomorum ut videret il
lum: quia inde erat transiturus.
Et cum venisset ad locum: suspi
ciens iesus vidit illum. et dixit
ad eum. Zachee festinans descen
de: quia hodie in domo tua opor
tet me manere. Et festinans
descendit: et excepit illum gau
dens. Et cum viderent omnes
murmurabant dicentes: quod
ad hominem peccatorem diuertis

ſet. Stans autem zacheus: di
xit ad dominum. Ecce dimidi
um bonorum meorum domi
ne: do pauperibus. et ſi quid ali
quem defraudaui: reddo quadru
plum. Ait ieſus ad eum. Quia
hodie ſalus domui huic facta eſt:
eo quod et ipſe filius ſit abrahe.
Venit enim filius hominis
querere, et ſaluum facere: quod
perierat. Credo in vnum deũ.
Domine deus Offr.
in ſimplicitate cordis me
letus obtuli vniuerſa et popu
lum tuum qui repertus eſt vidi

cum ingenti gaudio. deus isra
el custodi hanc voluntatem alle
luya. Secreta.

Annue quesumus do
mine precibus nostris:
ut quicunque intra huius sancti
templi tui cuius anniuersarium
dedicationis diem celebramus
ambitum continemur plena
tibi atque perfecta corporis et ani
me deuotione placeamus: ut
dum hec presentia vota gerimus:
ad eterna premia te adiuuante
peruenire mereamur. Per do
minum nostrum iesum christum

filium tuum. qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus.

Adiutorium nostrum in nomine domini. Qui fecit celum. Sit nomen domini benedictum. Ex hoc. Bñdictio.

Omnipotens deus qui vos annua huius templi dedicatione dignatus est letificare: ipse vos eterna benedictione dignetur sanctificare. Amen.

Concedatque vos mente et corpore castigatos. fieri templum

proprium. et habitaculum san
cti ſpiritus ſempiternū. Amē.
Quatinus tali habitatore gau
dentes. et ſancto ſpiritu feruen
tes. inter mundana diſcrimina
ſemper celeſtia deſideretis: et ad
hec quandoqꝫ poſſidenda perueni
re poſſitis. Amen.
Quod ipſe preſtare digne
tur. cuius regnum et im
perium ſine fine permanet in ſe
cula ſeculorum. Amen.
Benedictio dei omnipoten
tis pa ✠ tris. et fi ✠ lij.
et ſpiritus ✠ ſctī ſuper vos deſcē

Dat (

dat. Amen. Coio.

Domus mea domus ora-
tionis vocabitur dicit do-
minus. in ea omnis qui petit
accipit. et qui querit inuenit et
pulſanti aperietur. alleluya alle-
luya. Poſt coio.

Deus qui eccleſiam tu-
am ſponſam vocare di-
gnatus es. ut que habe-
bat gratiam per fidei deuotionē:
haberet etiam ex nomine pietatē:
da ut omnis hec plebs nomini
tuo ſeruiens. huius vocabuli cō-
ſortio digna eſſe mereatur et eccle-

ſia tua in templo cuius anniuer
ſarius dedicationis dies celebra
tur, tibi collecta, te timeat, te dili
gat, te ſequatur: ut dum iugiter
per veſtigia tua graditur: ad cele
ſtia promiſſa te ducente perueni
re mereatur. Qui viuis et regnas
cum deo patre in vnitate ſpiri
ſancti deus. Per omnia ſecu
la ſeculorum. Amen. Domi
nus vobiſcum. Et cū ſpū.
Ite miſſa eſt. Deo grās.

In die omnium ſanctorum Ad
miſſam Introitus.



Gaudeamus
omnes in
domino di
em feſtum
celebrãtes
ſub hono
re ſanctorum omnium de quoꝝ
ſolẽnitate gaudent angeli et col
laudant filium dei. ps. Venite
exultemus domino iubilemus
deo: ſalutari noſtro. Intr. Gau
deamus. ps. Gloria patri et fi
lio et ſpiritui ſancto. Sicut e
rat in principio et nunc et ſemper
et in ſecula ſeculorum amen.

Introitus. Gaudeamus.
Kyrie eleiſon. iij. Chriſte
eleiſon. iij. Kyrie eleiſ. iij.
Gloria in excelſis deo.
Pax vobis. Et cū. Collecta.
Omnipotens ſempiter
ne deus, qui nos om
nium ſanctorum me
rita ſub una tribuiſti celebritate
venerari: queſumus ut deſidera
tam nobis tue propiciationis
habundantiam multiplicatis
interceſſoribus largiaris. Per
dominum noſtrum ieſum chri
ſtum filium tuum. qui tecum

viuit et regnat in vnitate ſpiri
tus ſancti deus. Per omnia
ſecula ſeculorum.

Lectio libri apocalypſis beati Ioā
nis apoſtoli.

IN diebus illis. Ecce
ego ioannes vidi an
gelum alterum aſcendentem
ab ortu ſolis: habentem ſignū
dei viui. Et clamauit voce ma
gna quatuor angelis: quibus
datum eſt nocere terre et mari di
cens. Nolite nocere terre et mari
neqꝫ arboribus: quoadusqꝫ ſi
gnemus ſeruos dei noſtri in frō

tibus eorum. Et audiui nu
merum ſignatorum: centū
quadraginta quatuor milia
ſignati. ex omni tribu filiorū
iſrael. Ex tribu iuda duodecim
milia ſignati. Ex tribu ruben:
duodecim milia ſignati. Ex
tribu gad: duodecim milia ſi
gnati. Ex tribu aſer: duodecī
milia ſignati. Ex tribu nepta
lim: duodecim milia ſignati.
Ex tribu manaſſe: duodecim mi
lia ſignati. Ex tribu ſymeon:
duodecim milia ſignati. Ex
tribu leui: duodecim milia ſi

gnati. Ex tribu yſachar: duode
cim milia ſignati. Ex tribu za
bulon: duodecim mili ſignati.
Ex tribu ioſeph: duodecim mi
lia ſignati. Ex tribu beniamin:
duodecim milia ſignati. Poſt
hec vidi turbam magnam quā
dinumerare nemo poterat ex om
nibus gentibus et tribubus. et
populis. et linguis. ſtantes an
te thronum: et in conſpectu agni
amicti ſtolis albis et palme in
manibus eorum. Et clamabāt
voce magna dicentes. Salus
deo noſtro: qui ſedet ſuper thronū

et agno. Et omnes angeli sta
bant in circuitu throni et senioꝝ:
et quatuor animalium: et ceci de
runt in conspectu throni in facies
suas: et adorauerunt deum dicen
tes amen. Benedictio, et claritas,
et sapientia, et gratiarum actio,
et honor, et virtus, et fortitudo deo
nostro: in secula seculorum amen. R.
Timete dominum omnes
sancti eius quoniam ni
chil deest timentibus eum. Versus.
Inquirentes autem dominum
non deficient omni bono. R.
Alleluya. V. Fulgebunt iusti

et tanquam ſcintille in arundine
to diſcurrent in eternum. proſa.

Chriſto inclyta candi
da noſtra canant me
lodia agmina. Lau
des omnibus dantia ſanctis per
hec ſacrata feſtalia. Mariam
primum vox ſonet noſtra per quã
nobis vite ſunt data premia.
Regina que es mater et caſta
ſolue noſtra per filium peccami
na. Angelorum contio ſacra
et archangelorum turma inclyta.
Noſtra diluant iam peccata po
ſcendo ſupera celi gaudia. Au

propheta preco lucerna atque plus
quam propheta. In lucida nos
pone via mundans nostra cor
pora. Apostolorum princeps
atque cuncta iuncta caterva.
Iam corrobora vera in doctri
na plebis ~~plebis~~ pectora. Ste
phane gloriose rutilans in coro
na sanctorumque martyrum tur
ma inclyta. Fortia date corda
corpora eque firma sacra ut hostē
vincant rite spicula. Martine
inclyte et presulum omnis cater
na. Suscipe nunc pie hec no
stra clemens precata. Regina

virginum premaxima que ma
ter es incorrupta virgo et gravi
da. Sacrata domino et castitas
nostras servet animas mundaqz
corpora. Monachorum veneran
da suffragia. Omniumqz san
ctorum contubernia. Per preca
ta assidua nostra gubernent tē
pora. Nosqz ducant ad supera
polorum vera gaudia. Subiū
gant pia agmina. Amen redē
pta. Sequentia sancti evange
lii: secūdū Matheum.

In illo tempore: Vi
dens turbas dominus

ieſus: aſcendit in montem. Et cū
ſediſſet: acceſſerunt ad eum diſci
puli eius. Et aperiens os ſuum:
docebat eos dicens. Beati paupe
res ſpiritu: quoniam ipſorum
eſt regnum celorum. Beati mi
tes: quoniam ipſi poſſidebunt
terram. Beati qui lugent:
quoniam ipſi conſolabuntur.
Beati qui eſuriunt et ſitiunt iu
ſticiam: quoniam ipſi ſatura
buntur. Beati miſericordes:
quoniam ipſi miſericordiam cō
ſequentur. Beati mundo corde:
quoniam ipſi deum videbunt.

Beati pacifici: quoniam filij dei
vocabuntur. Beati qui persecuti
onem patiuntur propter iusticiā:
quoniam ipsorum est regnum ce
lorum. Beati estis cum male
dixerint vobis homines: et persecu
ti vos fuerint, et dixerint omne
malum aduersum vos mentien
tes: propter me. Gaudete et ex
ultate: quoniam merces vestra:
copiosa est in celis.

Credo in vnum deum. *Offer.*

Mirabilis deus in sanctis
suis. deus israel ipse dabit
virtutem et fortitudinem plebi

ſiue benedictus deus. Secreta.
Munera tibi domine
noſtre deuotionis offe
rimus: que et pro cun
ctorum tibi grata ſint honore iu
ſtorum: et nobis ſalutaria te mi
ſerante reddantur. Per domi
num noſtrum ieſum chriſtum fi
lium tuum. Qui tecum viuit
et regnat in vnitate ſpiritus ſan
cti deus. Prefatio cõis.
Adiutorium noſtrum in
nomine domini. Qui fe
cit cel'. Sit nomen domini bene
dictum. Ex hoc nũc. Bñdictio.

SAnctorum ſuorum
meritis vos faciat do
minus benedici. et con
tra aduerſa omnia eorum interceſ
ſione muniri. Amen.
Eorum efficiat ſuffragio felices:
quorum feſtiuitatis diem celebra
tis ouantes. Amen.
Quo eorum imitantes exempla:
ad celeſtia peruenire poſſitis pro
miſſa. Amen.
QUod ipſe preſtare digne
tur. cuius regnum et im
perium ſine fine permanet in ſe
cula ſeculorum. Amen.

Benedictio dei omnipoten-
tis pa ✠ tris et fi ✠ lij, et
ſpiritus ✠ ſancti. ſuper vos de-
ſcendat. Amen. Coīo.

Gaudete iuſti in domino
alleluya rectos decet col-
laudatio alleluya alleluya.


Poſt communio.

Da queſumus domi-
ne fidelibus populis
omnium ſanctorum ſemper ve-
neratione letari: et eorum perpe-
tua ſupplicatione muniri. Per
dominum noſtrum ieſum chri-
ſtum filium tuum. Qui tecum

x 5

vivit et regnat in unitate spiri-
tus sancti deus. Per omnia
secula seculorum. Amen.
Dominus vobiscum. Et cu̅.
Ite missa est. Deo gras.

In commemoratione omnium
fidelium defunctorum. Introitus.



Equiem
eternam
dona eis
domine et
lux perpe
tua luceat
eis. ps. Te decet hymnus deus

229

in syon: et tibi reddetur votum in hierusalem: ps. Exaudi oratio nem meam: ad te omnis caro ve niet. Introitus Requiem.

Kyrie eleison. iij. Christe eleison. iij. Kyrie eleis. z.

Fidelium Collecta.

Deus omnium condi tor et redemptor ani mabus famulorum famularũ qz tuarum remissionem cũctor tribue peccatorum: ut indulgẽ tiam quam semper optauerint piis supplicationibus consequã tur. Qui viuis et regnas cũ deo

x 4.

patre in vnitate ſpiritus ſancti
deus. Per omnia ſecula ſecu
lorum.

Lectio ezechielis prophete.

IN diebus illis. Facta
eſt ſuper me manus
domini: et eduxit me
in ſpiritu domini. et dimiſit me
in medio campi, qui erat plenus
oſſibus mortuorum. et circum
duxit me per ea in giro. Erãt
autem multa valde ſuper faciem
campi: ſiccaqꝫ vehementer. Et di
xit ad me. Fili hominis: putas
ne viuant oſſa iſta? Et dixi. Do

mine deus: tu noſti. Et dixit
ad me. Vaticinare de oſſibus
iſtis: et dices eis. Oſſa arida:
audite verbum domini. Hec di
cit dominus deus: oſſibus his.
Ecce ego intromittam in vos
ſpiritum: et vivetis. Et dabo
ſuper vos nervos. Et ſuccreſſere
faciam ſuper vos carnes: et ſuper
extendam in vobis cutem. et da
bo vobis ſpiritum et vivetis: et
ſcietis quia ego dominus. R.
Si ambulem in medio ũ
bre mortis non timebo
mala quoniam tu mecum es

domine. ℣. Uirga tua et bacu
lus tuus ipſa me conſolata ſūt.
Requiem Alia ℟.
Eternam dona eis domine.
et lux perpetua luceat eis. ℣ſus.
Anime eorum in bonis demo
rentur et ſemen eorum hereditet
terram. Tractus.
De profundis clamaui ad
te domine domine exaudi vocem
meam. ℣. Fiant aures tue inte
dentes in orationem ſerui tui. ℣.
Si iniquitates obſeruaueris do
mine domine quis ſuſtinebit.
Quia apud te propiciatio eſt et

propter legem tuam ſuſtinui te
domine. ℟. Tractus.

Sicut ceruus deſiderat ad
fontes aquarum: ita deſi
derat anima mea ad te deus me
us. Sitiuit anima mea ad deū
viuum. quando veniam et ap
parebo ante faciem dei mei. Fu
erunt mihi lachryme mee panes
die ac nocte dum dicitur mihi
per ſingulos dies ubi eſt deus
tuus. Sequentia ſancti euāgelij:
Secūdū Matheum.

In illo tempore. Dixit
dominus ieſus diſci

pulis ſuis. Cum venerit filius
hominis in maieſtate ſua. et
omnes angeli cum eo: tunc ſede
bit ſuper ſedem maieſtatis ſue.
Et congregabuntur ante eum
omnes gentes: et ſeparabit eos
ab inuicem, ſicut paſtor ſegre
gat oues ab hedis. Et ſtatuet
oues quidem a dextris ſuis: he
dos autem a ſiniſtris. Tunc di
cet rex: his qui a dextris eius erũt.
Venite benedicti patris mei:
poſſidete paratum vobis regnũ
a conſtitutione mundi. Eſuri
ui enim: et dediſtis mihi man

ducare. Sitiui: et dediſtis mi
hi bibere. Hoſpes eram: et colle
giſtis me. Nudus: et operuiſtis
me. Infirmus: et uiſitaſtis me.
In carcere eram: et ueniſtis ad
me. Tunc reſpondebunt ei iuſti
dicentes. Domine: quando te ui
dimus eſurientem et pauimus,
ſitientem et dedimus tibi potũ?
Quando autem te uidimus hoſ
pitem: et collegimus te? Aut
nudum: et operuimus te? Aut
quando te uidimus infirmum:
aut in carcere: et uenimus ad te?
Et reſpondens rex dicet illis. Amē

dico vobis: quamdiu fecistis v
ni de fratribus meis minimis.
mihi fecistis. Tunc dicet et hys
qui a sinistris eius erunt. Disce
dite a me maledicti. in ignem
eternum: qui paratus est dyabo
lo, et angelis eius. Esurivi enim:
et non dedistis mihi manducare.
Sitivi: et non dedistis mihi po
tum. Hospes eram: et non colle
gistis me. Nudus: et non ope
ruistis me. Infirmus, et in car
cere: et non venistis ad me. Tunc
respondebunt ei et ipsi dicentes.
Domine quando te vidimus

eſurientem aut ſitientem: aut
hoſpitem, aut nudum, aut infir
mum vel in carcerem: et nõ mi
niſtrauimus tibi? Tunc reſpon
debit illis dicens. Amen dico vo
bis: quamdiu non feciſtis vni
de minoribus hijs. nec mihi feci
ſtis. Et ibunt hij in ſupplicium
eternum: iuſti autem in vitam
eternam. Offertoriũ.

Domine ieſu chriſte rex
glorie libera animas om
nium fidelium defunctorum de
manu inferni et de profundo la
cu: libera eas de ore leonis ne ab

ſorbeat eas tartarus ne cadant
in obſcura ſed ſignifer ſanctus
michael repreſentet eas in lucem
ſanctam. Quam olim abrahe
promiſiſti et ſemini eius. Verſus.
Hoſtias et preces tibi domine
offerimus: tu ſuſcipe pro ani
mabus illis quarum hodie me
moriam agimus fac eas domi
ne de morte tranſire ad vitam.
Quam olim abrahe promiſiſti
et ſemini eius. V. Hac lucem
redde illis chriſte bonitatis. lucis
auctor vere patris unigenite. ven
turus in mundum diluceris vni

uerſis premia pro meritis preſta
lucem propriis. Quam olim
abrahe promiſiſti et ſemini eius.
V. Redemptor animarum om
nium chriſtianorum mitte ar
changelum ſanctum michaelem
ut ille dignetur eas eripere de regi
onibus tenebrarum et perducat
eas in ſummum abrahe in lucem ſē
piternam. Quam olim abrahe
promiſiſti et ſemini eius. Secre.

Hoſtias queſumus do
mine quas tibi pro a
nimabus famulorū
famularumqȝ tuarum omniū

fidelium defunctorum offerimus
propiciatus intende: ut quibus
fidei chriſtiane meritum contu-
liſti dones et premium. Per
dominum noſtrum ieſum chri-
ſtum filium tuum. Qui tecum
viuit et regnat in vnitate ſpiri-
tus ſancti deus. Coio.
Lux eterna luceat eis do-
mine. cum ſanctis tuis
in eternum quia pius es. P' co.
Animabus queſumus
domine famulorum
famularumque tuarum
omnium fidelium defunctorum

oratio proficiat supplicantium:
ut eas et a peccatis omnibus
exuas et tue redemptionis faci-
as esse participes. Per domi-
num nostrum iesum christum
filium tuum. qui tecum vivit
et regnat in unitate spiritus
sancti deus. Per omnia secu-
la seculorum.

Pro anniversario. Collecta.

Presta domine quesu-
mus ut anime famu-
lorum tuorum (cuius) quorum
anniversarium depositionis diem
celebramus: his purgate sacri-

frēis

6

ficijs. indulgentiam pariter et re-
quiem capiant sempiternam.
Per dñm nrm. Secreta.

Propiciare domine
supplicationibus nr̄is
pro animabus famu-
lorū tuorum, quorum hodie an-
nua dies agitur. pro quibus tibi
offerimus sacrificium laudis: vt
eas sanctorum tuorum. consor-
tio sociare digneris. Per domi-
num nostrū. Post co[m]io.

Suscipe domine preces
nostras pro animabus
famulorum tuorum:

ut si que eis macule de terrenis
contagijs adheserunt. remissio
nis tue misericordia deleantur.
Per dominū.

Pro familiaribus et nuper de
functis. Collecta.

Omnipotens sempiter
ne deus cui nunquā
sine spe misericordie supplicatur
propiciare animabus famulorum
tuorum: ut qui de hac vita in
tui nominis confessione decessē
runt sanctorum tuorum nume
ro facias aggregari. Per do
minum nostrum.

Propiciare quesumus domine animabus famulorum tuorum: pro quibus tibi hostias placationis offerimus: et quia in hac luce in fide manserunt catholica. in futuro vita eis tribuatur eterna. Per dominum. Post com.

Presta quesumus omnipotens deus: ut animas famulorum tuorum ab angelis lucis susceptas. in preparata habitacula deduci facias beatorum. Per dominum.

Unius vel plurimarum defun

Q ctarum. Collecta.
uesimus domine
pro tua pietate miſe-
rere animabus famulorum famularum tuarum.
et a contagiis mortalitatis exu-
tas in eterne ſaluationis partem
reſtitue. Per do. Secreta.
H is ſacrificiis queſu-
mus omnipotens de-
us anime famulorum
tuarum a peccatis omnibus exu-
antur ſine quibus a culpa nemo
liber exiſtit: ut per hec pie placatio-
nis officia perpetuam miſericor-
diam conſequantur. P. p̄ eo.

Inueniant queſumus
domine anime famu
larum tuarum lucis
eterne conſortium: cuius perpe
tue miſericordie conſecute ſunt
ſacramentum. Per do. Pro
fratribus noſtre congregationis.
Deus ve Collecta.
nie largitor et huma
ne ſalutis auctor que
ſimus clementiam tuam: ut
noſtre congregationis fratres
qui ex hoc ſeculo tranſierunt. bea
ta maria ſemper virgine interce
dente cum omnibus ſanctis tuis.

ad perpetue beatitudinis conſor
tium peruenire concedas. Per
dominum noſtrum. Secreta.

Deus cuius miſericor
die non eſt numerus
ſuſcipe propicius pre
ces humilitatis noſtre: et ani
mabus famulorum tuorum
fratrum noſtrorum quibus tui
nominis dediſti confeſſionem.
per hec ſacramenta ſalutis noſtre
cunctorum remiſſionem tribue
peccatorum. Per dominum
noſtrum ieſum chriſtum filium
tuum. qui tecum. Poſtcommunio.

Preſta queſumus mi
ſericors deus : ut ani
me famulorum tuo
rum pro quibus hoc ſacrificiū
laudis tue obtulimus maieſta
ti . per huius virtutem ſacramē
ti a peccatis omnibus expiate :
lucis perpetue te miſerante reci
piant beatitudinem. Per do
minum noſtrū. Pro in cimi
terio quieſcentibus. Collecta.

Deus cuius miſeratio
ne anime fidelium re
quieſcunt famulis et
famulabus tuis omnibus hic

in chriſto quieſcentibus da pro
picius veniam peccatorum: ut
a cunctis reatibus abſoluti ſi
ne fine letentur. Per eundem.

Secreta.

Pro animabus famulorū
famularumque tuarū
hic omnium catholicorum dor
mientium hoſtiam domine ſuſci
pe benignus oblatam: ut hoc ſa
crificio ſingulari vinculis horrē
de mortis exuti. vitam mereantur
eternā. Per. Poſt cō.

Deus fidelium lumen
animarum adeſto ſup

plicationibus.

plicationibus nostris: et da fa-
mulis et famulabus tuis quorum
corpora hic in christo requiescunt
refrigerij sedem. quietis beatitudi-
nem luminis claritatem. Per eundem.

Pro apostolico sacerdote. Coll.

Deus qui inter apostoli-
cos sacerdotes famu-
lum tuum pontifica-
li fecisti dignitate vigere. presta
quesumus ut eorum quoque perpe-
tuo aggregetur consortio. Per dominum.

Secreta.

Hec obla-
tio quesumus domi-
ne animam famuli

tui ab omnibus viciis humane
conditionis absolvat. Per do.
Da veniā. Post com̄o.
omine deus per hec sā
cta mysteria anime fa
muli tui. ut occursu non terreatur
malo: ſed tuo ſemper protegatur
auxilio. Per dominum.

Pro parentibus. Collecta.

Inclina domine aurem
tuam ad preces noſtras
quibus miſericordiā
tuam ſuppliciter deprecamur: ut
animas famulorum famularū
qz tuarum quas de hoc ſeculo mi

grare iuſſiſti. in pacis ac lucis re
gione conſtituas: et ſanctorum
tuorum iubeas eſſe conſortes.
Per dominum. Secreta.
Annue nobis domine
ut animabus famu
lorum famularumqꝫ
tuarum hec proſit oblatio. quam
immolando totius mundi volui
ſti relaxari delicta. P d. P co.
Abſolue domine ani
mas famulorum fa
mularumqꝫ tuarum
ab omni vinculo delictorum: ut
in reſurrectionis gloria inter ſan

ctos tuos reſuſcitati reſpirent.
Per dominum.

Pro defunctis. Collecta.

Adiuua nos domine deus noſter. et beatiſſime dei genitricis marie precibus exoratus animas famulorum famularumque tuarum in beatitudine ſempiterne lucis conſtitue. Per e. Secreta.

Suſcipe queſumus domine hoſtias placationis et laudis: quas in honore beate dei genitricis marie nomini tuo conſecrandas deferi

mus: et pro requie famulorū famularumqꝫ tuarum suppliciter immolamus. Per eūd. p'. cō.

Hec nos communio domine quesumus purget a crimine. et intercedente beata dei genitrice maria animabus famulorum famularumqꝫ tuarum celestis gaudij tribuat consortium. ut ante thronum glorie christi tui segregate cum dextris. nichil cōmune habeant cū sinistris. Per eundē d.

Martini episcopi et cōfessoris. Int.

tatuit ei dominus testamentum pacis. et principē fecit eum ut ſit illi ſacerdotij dignitas in eternum. ps. Miſericordias domini: in eternum cantabo. Introitus. Statuit. ꝑ. Gloria patri et filio et ſpiritui ſācto. Sicut erat in principio et nūc et ſemper et in ſecula ſeculorū Amen. Intr. Statuit. Kyrie eleiſon. iij. Chriſte

eleiſon. iij. Kyrie eleiſon. iij.

Gloria in excelſis deo.

Pax vobis. Et cũ ſpũ. Coll'.

Deus qui conſpicis quia ex nulla noſtra virtute ſubſiſtimus. concede propicius. ut interceſſione beati martini confeſſoris tui atq; pontificis. contra omnia aduerſa muniamur. Per dominum noſtrum ieſum chriſtũ filium tuum. qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum.

Lectio libri ſapiẽtie.

Ecce ſacerdos magnus qui in diebus ſuis placuit deo: et inuentus eſt iuſtus. Et in tempore iracundie factus eſt reconciliatio. Non eſt inuentus ſimilis illi: qui conſeruaret legem excelſi. Ideo iureiurando: fecit illum dominus creſcere in plebem ſuam. Benedictionem omnium gentium dedit illi: et teſtamentum ſuum confirmauit ſuper caput eius. Cognouit eũ in benedictionibus ſuis: conſeruauit illi miſericordiam ſuam.

et inuenit gratiam coram oculis
domini. Magnificauit eum in
conſpectu regum: et dedit illi co
ronam glorie. Statuit illi teſta
mentum ſempiternum: et dedit
illi ſacerdotium magnum et bea
tificauit illum in gloria. Fun
gi ſacerdotio: et habere laudem in
nomine ipſius. Et offerre illi
incenſum dignum in odorem
ſuauitatis. Graduale.
Iurauit dominus et nō
penitebit eum tu es ſacerdos in e
ternum ſecundum ordinem
melchiſedech. ꝟ. Dixit dominus

domino meo ſede a dextris meis.
Alleluya. ℣. Martinus
epiſcopus migrauit a ſe
culo viuit in chriſto gemma ſa
cerdotum. Proſa.
Sacerdotem chriſti mar
tinum. cuncta per or
bem pſallat eccleſia pacis catho
lice. Atque ipſius nomen om
nis hereticus fugiat pallidus.
Pannonia letetur tanti filij
genitrix. Italia exultet alitrix
tanti muneris. Et gallie trina
diuiſio ſacro certet litigio cuius
eſſe debeat preſul. Sed pariter

habere ſe patrem omnes gaudeāt
turoni ſoli eius corpus foveant.
Huic francorum atq germa-
nie plebs omnis plaudat. Qui-
bus videndum inſpexit dominū
in ſua veſte. Hic celebris eſt egy-
pti partibus grecie quoq cūctis
ſapientibus. Qui impares ſe
martini meritis ſentiunt atq
eius medicamini. Nam febres
ſedat demoneſq fugat paralitica
membra glutinat. Et mortuo-
rum ſua prece trium reddit cor-
pora vite priſtine. Hic ritus ſa-
crilegos deſtruit: et ad chriſti glo-

riam, dat ignibus ydola. Hic
nudis myſteria brachijs confici
ens preditus eſt celeſti lumine.
Hic oculis ac manibus in ce
lum: et totis viribus ſuſpenſus.
terrena cuncta reſpuit. Cuius ori
chriſtus nūq̄ defuit ſine iuſticia:
vel quicquid ad veram vitam per
tinet. Igitur te cuncti poſcimus
o martine: ut qui multa mira
hic oſtendiſti. Etiam de celo
gratiam chriſti nobis ſupplica
tu tuo ſemper infundas. Amen.

Euangeliū.

Sequentia ſancti euangelij: ſecundum Lucam.

In illo tempore. Dixit
dominus ieſus diſci
pulis ſuis. Sint lumbi veſtri
precincti: et lucerne ardentes.
Et vos ſimiles hominibus expe
ctantibus dominum ſuum:
quando reuertatur a nuptijs: vt
cum venerit et pulſauerit confeſtim
aperiant ei. Beati ſerui illi:
quos cum venerit dominus inue
nerit vigilantes. Amen dico vo
bis. quod precinget ſe et faciet il
los diſcumbere: et tranſiens mi

niſtrabit illis. Et ſi venerit in
ſecunda vigilia et ſi in tertia vi
gilia venerit. et ita invenerit: be
ati ſunt ſerui illi. Hoc autem ſci
tote. quoniam ſi ſciret paterfami
lias qua hora fur veniret: vigila
ret utiqꝫ. et non ſineret perfodi
domum ſuam. Et vos eſtote pa
rati: quia qua hora non putatis:
filius hominis veniet.

Credo in unum deum. Offr.

Veritas mea et miſericor
dia mea cum ipſo. et ĩ no
mine meo exaltabitur cornu
eius: Secreta.

Da misericors deus.
ut hec nos salutaris
oblatio intercedente
beato martino confessore tuo
atque pontifice. et a propriis rea
tibus indesinenter expediat. et
ab omnibus tueatur aduersis.
Per dominum nostrum ie
sum christum filium tuum.
qui tecum viuit et regnat in
vnitate spiritus sancti deus.
Prefatio co'is.
Adiutorium nostrum in
nomine domini. Qui fe
cit cel'. Sit nomen domini be

nedictum. Ex hoc. Benedictio.

Omnipotens deus qui
beatum martinum
presulem tuum ita pre
destinasti. ut gratie tue perenniter
inheres astringi: erige vota po
puli. qui pretulisti gloriosa me
rita confessori. Amen.

Proficiat his ad fructum.
quicquid in sacerdote pro laude
tui nominis amplectuntur:
ut hec plebs eius intercessione
consequatur veniam. qui te re
munerante felici servicio perue
nit ad gloriam. Amen.

Sit ipse confessor huius popu
li assiduus custos: qui te vocante
hodie penetrauit celos. Amen.
Quod ipse prestare digne
tur. cuius regnum et im
perium sine fine permanet in se
cula seculorum. Amen.
Benedictio dei omnipoten
tis pa ✠ tris et fi ✠ lii.
et spiritus san ✠ cti super vos
descendat. Amen. Oratio.
Beatus seruus quem cum
venerit dominus inuene
rit vigilantem amen dico vobis
super omnia bona sua constitu

et eum. Poſt communio.

Preſta queſumus do-
mine deus noſter. ut
cuius feſtiuitate voti-
ua ſunt ſacramenta: eius ſaluta-
ria nobis interceſſione reddantur.
Per dominum noſtrum ieſū
chriſtum filium tuum. qui tecū
viuit et regnat in vnitate ſpiri-
tus ſancti deus. Per omnia ſe-
cula ſeculorum. Amen.
Dominus vobiſcum. Et cū
ſpiritu tuo. Ite miſſa eſt. Deo
gratias.

Orationes communes. primo
Pro pace. Collecta.

Deus a quo ſancta deſi
deria. recta conſilia. et
et iuſta ſunt opera: da ſeruis tuis
illam quam mundus dare nō
poteſt pacem: ut et corda noſtra
mandatis tuis dedita. et hoſtiū
ſublata formidine tempora ſint
tua protectione tranquilla. Per
dominum. Secreta.

Deus qui credentes in
te populos nullis ſi
nis concuti terroribus:
dignare preces et hoſtias dicate

tibi plebis ſuſcipere: ut pax tua
pietate conceſſa chriſtianorū fines
ab omni hoſte faciat eſſe ſecuros.

Per dñm. Poſt coīo.

Deus auctor pacis et amator quem noſſe
viuere, cui ſeruire regnare eſt:
protege ab omnibus impugna-
tionibus ſupplices tuos: ut qui
in defenſione tua confidimus.
nullius hoſtilitatis arma time-
amus. Per dominum nr̄m
ieſum chriſtum filium tuum. q̄
tecum viuit et regnat in vnita-
te ſp̄s ſcī d̄s. Per oīa ſcl̄a ſcloꝝ.

Pro imperatore. Collecta.

Deus regnorum om
nium et christiani
maxime protector im
perij: da seruo tuo N. imperato
ri nostro triumphum virtutis
tue scienter excolere: ut qui tua
constitutione est princeps: tuo
sep̄ munere sit potens. Per do.

Secreta.

Suscipe domine pre
ces et hostias ecclesie
tue pro salute famuli tui N. sup
plicantis: et in protectione fide
lium populorum antiqua bra

chri tui operare miracula: ut ſu-
peratis pacis inimicis: ſecura
tibi ſeruiat chriſtiana libertas.
Per dominū. Poſt coīo.
Deus qui ad predican-
dum eterni regis euan-
gelium. romanum im-
perium preparaſti. pretende famulo
tuo. N. imperatori noſtro arma
celeſtia: ut pax eccleſiarum nulla
turbetur tempeſtate bellorꝫ. Per dñ.
Pro paganis. Coll'.
Omnipotens ſempiterne
deus in cuius manu
ſunt poteſtates omnium et omnia

iura regnorum reſpice in auxiliū
chriſtianorum ut gentes paga
norum que in ſua feritate confi
dunt dextere tue potentia conterā
tur. Per dn̄m. Secreta.

Sacrificium domine
quod immolamus
intende. et propu
gnatores tuos ab omni eruas
paganorum nequicia. et in tue
protectionis proſperitate cōſtitu
as. Per dn̄. Poſt cōīo.

Protector noſter aſpice
deus et propugnato
res tuos a paganorū

defende periculis. ut ab omnibus
perturbationibus ſubmoti. libe
ris tibi mentibus ſeruiant.
Per dominum nr̃m.

Pro aliqua tribulatiõe. Coll.

Ecclesie tue queſumus
domine preces placa
tus admitte: ut deſtru
ctis aduerſitatibus et erroribus
uniuerſis: ſecura tibi deſeruiat li
bertate. Per d. Secreta.

Protege nos domine
queſumus tuis myſte
riis ſeruientes. ut di
uinis rebus et corpore famule

mur et mente. Per d. Post co.

Quesumus domine
deus noster: ut quos
diuina tribuis partici-
patione gaudere: humanis non
sinas subiacere periculis. Per d.

Pro infirmis. Coll.

Omnipotens sempiter-
ne deus salus eterna
credentium exaudi nos pro famu-
lo[is] tuo[is] pro quo[ibus] misericordie tue
imploramus auxilium. ut reddi-
ta sibi sanitate, gratiarum tibi in
ecclesia tua referat[nt] actionem.
Per dominum. Secreta.

Deus cuius nutibus vi-
te nostre momenta de-
currunt suscipe preces
et hostias famulorum tuorum
pro quibus misericordiam tuam
egrotantibus imploramus: ut de
quorum periculo metuimus de
eorum salute letemur. Per do.

Post co.

Deus infir-
mitatis humane singu-
lare presidium auxilii
tui super infirmos nostros ostende
virtutem: ut ope misericordie tue
adiuti. ecclesie tue sancte incolumes
representari mereantur. Per dnm.

Pro serenitate. Collecta.

AD te nos domine cla
mantes exaudi. et aeris
serenitatem nobis tri
bue supplicantibus: ut qui iuste
pro peccatis nostris affligimur:
misericordia tua preueniẽte cle
mentiam sentiamus. Per do.

PReueni Secreta.
at nos quesumus do
mine gratia tua sẽper
et subsequatur: et has oblationes
quas pro peccatis nostris nomi
ni tuo consecrandas deferimus
benignus assume. ut per interces

ſionem omnium ſanctorum
tuorum cunctis nobis proficiat
ad medelam. Per d. **Poſt co.**

Plebs tua domine capi
at ſacre benedictionis
augmentum: et copi
oſis beneficiorum tuorum ſuble
uetur auxiliis: que tantis inter
ceſſorum deprecationibus adiu
uatur. Per do.

Ad pluuiam poſtulandam.

Deus in quo viuimus
mouemur et ſumus:
pluuiam nobis tri
bue congruentem ut preſētibus

subsidijs sufficienter adiuti. sem-
piterna fiducialius appetamus.
Per dnm. Secreta.

Oblatis domine pla-
care muneribus: et
oportunum nobis
tribue pluuie sufficientis auxi-
lium. Per do. Post coio.

Da nobis quesumus
domine pluuiam sa-
lutarem: et aridam
terre faciem fluentis celestibus
dignanter infunde. Per do-
minum nrm.

Contra pestem. Collecta.

Parce domine parce peccatis noſtris: et quã uis inceſſabiliter delinquentibus continua pena debeatur: preſta queſumus, ut quod preſenti meremur offenſione, nobis proueniat ad correctionem: et plagam quam ſuper nos, pro peccatis noſtris imminere cognoſcimus, te miſerante ſentiam' ceſſare. Per do. Secreta.

Protege nos queſumus domine gratia tua tibi ſancta ſacrificia immolantes: et plagã

quam ſuper nos imminere paue-
mus, per auxilium miſericordie
tue ſentiamus ceſſare. Per do.

Sumptis *Post coio.*
domine ſalutis noſtre
ſubſidijs et etiam mi-
ſericordiam ſuppliciter depreca-
mur: ut ab imminenti nos pla-
ga defendas et ab eterna dānati-
one eripias. Per do.

Pro peccatis. Coll'.
Exaudi domine ſuppli-
cium preces et confitē-
tium tibi parce peccatis: ut pari-
ter nobis indulgentiam tribu-

as benignus et pacem. Per do.
Hoſtias ti Secreta.
bi domine placationis
offerimus ut et delicta
noſtra miſeratus abſoluas: et
nutantia corda tu dirigas. Per d.
Preſta no Poſt cō.
bis eterne ſaluator ut
percipientes hoc munere
veniam peccatorum: deinceps
peccata vitemus. Per do.
Contra tempeſtates.
A domo tua queſumus
domine ſpirituales ne
quitie repellantur: et aeriarum

diſcedat malignitas tempeſtatũ.
Per dominum. Secreta.
Offerimus tibi domine
laudes et munera pro
conceſſis beneficijs gra-
tias referentes: et pro conceden-
dis ſẽper ſuppliciter deprecantes.
Per dñm. Poſt co.
Omnipotens ſempiter-
ne deus qui nos caſti-
gando ſanas et igno-
ſcendo conſeruas: preſta ſupplici-
bus tuis. ut tranquillitatibus
huius optate conſolationis lete-
mur. et dono tue pietatis ſemper

utamur. Per dominum.

Pro iter agentibus. Collecta.

Adeſto domine ſuppli-
cationibus noſtris. et
viam famulorum tu-
orum in ſalutis tue proſperitate
diſpone: ut inter omnes vie et vite
huius varietates tuo ſemper prote-
gantur auxilio. Per do. Secret.

Propiciare domine ſup-
plicationibus noſtris.
et has oblationes quas
tibi offerimus pro famulis tuis
benignus aſſume. ut viam illoꝝ
et precedente gratia tua dirigas.

et ſubſequente comitari digneris:
ut de actu atqꝫ incolumitate illo
rum ſecundum miſericordie tue
preſidia gaudeamus. Per do.
Sumpta Poſt coīo.
domine celeſtis ſacra
menti myſteria queſu
mus ut ad proſperitatem itineris
famulorum tuorum proficiāt:
et eos ad ſalutaria cuncta perdu
cant. Per dominum.

In quadrageſima. Benedictio.

Omnipotens deus ieiuniorum veſtrorum victimas clementer accipiat. et ſua vos benedictione dignos efficiat. Amen.

Mentes veſtras ita parſimonie bono contra vitia muniat. preceptorum ſuorum doctrinis erudiat. charitatis dono repleat. ut vos in omnibus ſibi placere concedat. Amen.

Quatinus preſentis quadrageſime diebus devotiſſime celebratis. ad paſchalia feſta purificatis cordibus accedere valeatis.

Amen.

Quod ipſe pꝛeſtare digne
tur. cuius regnum et imperiū
ſine fine permanet in ſecula ſecu
lorum. Amen.

Benedictio dei omnipoten
tis pa ✠ tris, et fi ✠ lij,
et ſpiritus ✠ ſancti. ſuper vos
deſcendat. Amen.

In natali vnius apoſtoli. bñd

Deus qui eccleſiā tuā i
apoſtolicis tribuiſti
conſiſtere fundamen
tis: queſumus ut beatus. N.
pꝛo nobis imploꝛet apoſtolus.

vt a noſtris reatibus abſoluti. a cunctis etiam periculis eruamur. Amen.

Infunde ſenſibus noſtris apoſtolica retinere dogmata. quibus te contemplemur mente ſerena. Amen.

Concede propicius circumſtanti plebi. ut in illo tremendo diſcuſſionis tempore. eorum defenſetur preſidio: quorum eſt ſecuta preceptum. Amen.

Quod ipſe preſtare dignetur. Cuius regnum et imperiū ſine fine permanet in ſecula ſecu

lorum. Amen.

Benedictio dei omnipotentis pa ✠ tris, et fi ✠ lij, et ſpiritus ✠ ſancti, ſuper vos deſcendat. Amen.

Plurimorum apl'or. bñdictio.

Deus qui vos in apoſtolicis tribuit conſiſtere fundamentis. benedicere dignetur beatorum apoſtolorum ſuorum. N. et. N. intercedentibus meritis. Amen.

Defendatq; vos a cunctis aduerſis apoſtolicis preſidijs: qui vos eorum voluit ornari et munera

ri exemplis et documentis. Amen.
Quo per eorum intercessionē
perueniatis ad eterne patrie here
ditatem. per quorum doctrinam
tenetis fidei integritatē. Amē.
Quod ipse prestare digne
tur. cuius regnum et impe
rium sine fine permanet in secu
la seculorum. Amen.
Benedictio dei omnipoten
tis pa ✠ tris, et fi ✠ lij.
et spiritus ✠ sancti, super vos
descendat. Amen.

Vnius martyris. benedict⁹.

Beati martyris sui.
N. intercessione vos
dominus benedicat.
et ab omni malo defendat.
Amen.
Extendat in vos dexteram
sue propiciationis qui eum su
scepit per supplicia passionis.
Amen.
Quo eius in celo mereamini
habere consortium. cuius devo
tis mentibus in terra celebratis
triumphum. Amen.
Quod ipse prestare digne
tur. cuius regnum et

imperium ſine fine permanet in
ſecula ſeculorum. Amen.
Benedictio dei omnipotē
tis pa ✠ tris, et fi ✠ lij
et ſpiritus ✠ ſancti, ſuper vos
deſcendat. Amen.

Plurimorum martyrum.

Domine deus omni
um gratiarum reſpi
cere dignare vos om
nes populos qui nomini tuo
famulantur. et quicquid ſan
ctis martyribus tuis profuit
ad beatitudinem. proſit huic ec
cleſie ad exemplum. Amen.

Et ipſis intercedentibus ſit ī
eis fides recta imitabilis forma.
caſta ſobrietas. hoſpitalis charitas.
ſpiritalis prudentia. alta ſapien
tia. mens humilis. vita ſublimis.
Amen.
Ut cum in tremendi iudicij die
in conſpectu tuo aſtiterint. non
dannandam ſed mitem ex ore
tuo ſententiam abſolutionis ex
pectent. Amen.
Quod ipſe preſtare dignetur.
Cuius regnum et imperiū
ſine fine permanet in ſecula ſecu
lorum. Amen.

Benedictio dei omnipoten
tis, pa ✠ tris, et fi ✠ lij,
et spiritus ✠ sancti, super vos
descendat. Amen.

Unius confessoris. bñdict'.

Omnipotens deus det
vobis copiam sue bene
dictionis: qui beatū.
N. sibi asciuit virtute confessio
nis. Amen.
Et qui illum fecit choruscare
miraculis: vos exornet bonorū
operum incrementis. Amen.
Quo eius et exemplis eruditi.
et intercessione muniti. cuius

x 4.

depoſitionis diem celebratis: illi
poſſitis in celeſti regione adiun
gi. Amen.

Quod ipſe preſtare dignetur.
cuius regnum et imperi
um ſine fine permanet in ſecula
ſeculorum. Amen.

Benedictio dei omnipoten
tis, pa ✠ tris, et fi ✠ lii,
et ſpiritus ✠ ſancti, ſuper vos
deſcendat. Amen. Pluriorum
confeſſ. Sanctorum ſuorum meritis.
Require in feſto omnium ſan
ctorum.

Unius virginis. benedictio.

Benedicat vobis dominus qui beate virgini .N. conceſſit et decorem virginitatis. et gloriam paſſionis. Amen.

Et cuius opitulatione illa meruit. et ſexus fragilitatem et perſequentium rabiem devincere: vos poſſitis et veſtrorum corporũ illecebras. et antiqui hoſtis machinamenta ſuperare. Amen.

Quo ſicut illa ſexu fragili virile viſa eſt certamen adire. et poſt certamen de hoſtibus triumphare: ita vos in hac mortalitate vi-

uentes. valeatis et antiquum
hoſtem deuincere: et ad regna
celeſtia peruenire. Amen.

Quod ipſe preſtare digne-
tur. cuius regnum et impe-
rium ſine fine permanet in ſe-
cula ſeculorum. Amen.

Benedictio dei omnipoten-
tis. pa✠tris, et fi✠lij,
et ſpiritus ✠ ſancti, ſuper vos
deſcendat. Amen.

Plurimarum virginum.

Omnipotens dominus
intercedentibus ſan-
ctis virginibus ſuis

vos dignetur benedicere. qui de
antiquo hoste non solum per
viros, verum etiam per femi
nas voluit triumphare. Amē.
Et qui illis voluit centesimi
fructus donum decore virgini
tatis et agone martyrij confer
re: vos dignetur et viciorū squa
loribus expurgare et virtutum
lampadibus exornare. Amē.
Quatinus virtutum oleo
ita pctōrum vestrorum
lampades possint repleri: ut cū
eis celestis sponsi thalamum
valeatis ingredi. Amen.

Quod ipſe preſtare digne
tur. cuius regnum et im
perium ſine fine permanet in ſe
cula ſeculorum. Amen.
Benedictio dei omnipotē
tis. pa ✠ tris, et fi ✠ lij,
et ſpiritus ✠ ſancti. ſuper vos
deſcendat. Amen.

Bñdictio in quotidianis.

Benedicat vos omni
potens dominus. et mē
tes veſtras ab omni re
atu malicie ſeparet: et preſtet vo
bis quod precepit tribuatqꝫ quod
oportet. et omni vos bono ſpiri

talium virtutum locupletet.
Amen.
Et vos in fide firmet. in tēta
tione adiuuet. in conuerſatio
ne caſtiget. in virtute multipli
cet. in infirmitate releuet. in
āxietate letificet. in proſperita
te preparet. omni iniquitate e
mundet. in tranquillitate subli
met. et ad vitam eternā perdu
cat. Amen.
Gratiam ſuam vobis īfūdat.
offenſa indulgeat. crimina di
mittat. diſciplinam ingerat.
manſuetudinem tribuat. corre

ptionem confirmet, et vitam
perfectam conſeruet. Amen.
Quod ipſe preſtare digne-
tur. cuius regnum et im
perium ſine fine permanet in
ſecula ſeculorum. Amen.

Alia cotidiana.

Benedicat vobis do-
minus. et cuſtodiat
vos. Amen.
Illuminet faciem ſuam ſu-
per vos. et miſereatur veſtri.
Amen.
Conuertat vultum ſuum ad
vos. et donet vobis pacē. Amē.

Quod ipſe preſtare dignetur.
Qui cuius regnum et imperiū
ſine fine permanet in ſecula ſecu
lorum. Amen.
Benedictio dei omnipoten
tis. pa ✠ tris. et fi ✠ lij,
et ſpiritus ✠ ſancti. ſuper vos
deſcendat. Amen.

In purificatione beate marie vir-
ginis. Benedictio candelarum.

Dominus vobiscum. Et cum
spiritu tuo. Oremus.
Adesto supplicationi
bus nostris omnipo
tens deus: et has candelas tua
benedi + ctione perfunde. quate
nus fidelis populus eas in mani
bus portans. non solum exterio
ri lumine gaudeat. sed cecitate cor
dis expulsa. sic lumen quod in tene
bris lucet apprehendat: ut nequaquam
a via veritatis oberret. Per eundem
christum dominum nostrum. Alia oratio.

239 ff

~~238~~ ff

MANUSCRIPT ON VELLUM.

Missale Romanum, splendidly written in very large and bold **Gothic characters,** red and black, on 263 leaves of thick vellum, and illustrated with **23 FINELY EXECUTED MINIATURES** (each about 3½ inches square), **RICHLY ILLUMINATED** in **GOLD AND COLOURS**; also nearly 300 large Initials, exquisitely painted in various delicate tints, and 5 elaborate borders decorated with Birds, Fruit, Flowers, etc., thick vol, large folio, dark green modern morocco, antique style, blind tooling on sides and back, gilt edges, £60 *Sæcle XV.*

Bibliothèque de Mello.

MISSALE
ROMANUM.

MANUSCRIT
DU
QUINZIÈME SIÈCLE